

derelinquit: nullus g̃ emat eccliam vl' p̃bē  
dam vl' aliq̃d eccliaſticū: vel paſtellum nec  
paſtū p̃ hmōi ſoluat. Et. c. queſitū ē. In q̃/  
bus auctoritatibus oſtendit̃ q̃ tale anne/  
rum nullo mō liceat emere vl' ṽdere. Sili  
ter ſm̃ Alricū om̃ia ſacramentalia ordina/  
ta ad aliquē effectū ſpiritualē vendi nō poſ  
ſunt: ſicut nec ratione materie ṽdi potest  
ſacramentum: vt patet. j. q. j. placuit: pe/  
nul. vbi dicit̃ placuit: vt null' ep̃oz p̃ mo/  
dico baſſami q̃d benedictū p̃ baptiſmi ſa/  
cramēto per ecclias dat: qz ſinguli tremiſ/  
ſem pro ip̃o exigere ſolēt: aliquid vlt̃erius  
exigat: ne forte q̃d p̃ ſalute animaz p̃ iuo/  
cationē ſanctiſpūs ꝑſecrat̃: ſic̃ Simon ma  
gus donū dei pecūia voluit emere: ita nos  
venūdantes damnabiliſ venundemur. Et  
tribus c. ſequētibus vbi agitur de baptiſ/  
mo: vnctione ⁊ cōmunionē. Quedaz vero  
ſunt annexa ſpiritualib' inq̃tū ordinātur  
ad ſpiritualia: ſicut iuſpatronat' quod or  
dinatur ad preſentandū clericos ad ecclē/  
ſtaſtica beneficia: ⁊ vaſa ſacra que ordinā/  
tur ad ſacramentoz vſuz: ⁊ huiuſmodi nō  
ꝑſupponūt ſpiritualia ſz magis ea ꝑcedūt  
ordine tēporis. Et ideo aliquo modo ven/  
di poſſunt: nō tamē inq̃tum ſunt ſp̃ialib'  
annexa: vnde calix ſacratuſ vendi nō po/  
teſt: ꝑſertim laico niſi ꝑ fractuſ q̃ tamē an  
te ꝑſecrationē ſimpliciſ ṽdi potest. Scōz  
quofdā tamē vendi poſſunt alteri ecclē in  
eadē forma: nō quidē ꝑſecratio earundem  
ſed t̃m̃ materia ⁊ forma. Iuſ etiā patrona  
tuſ ꝑ ſe vendi non potest nec infeudū dari  
ſed tranſit cū villa: agro vel fundo q̃ ven/  
ditur vel conceditur. Ad cuiuſ maiorē eu  
dentiā ſciendū: q̃ iuſpatronatuſ ſm̃ Ho/  
ſtien. eſt potēſtaſ preſentādi inſtituenduz  
ad beneficiū eccliaſticum. Et puenit ſcōm  
Hoſ. ex ecclēſte fundatione: dotatiōe: ſolī  
collatione. Unde patronū faciūt doſ: edi  
ficatio: funduſ. Et vocat̃ aliquādo aduo  
catio vel vicedominatuſ vel cuſtodia vel  
guardia vel iuſ frequētatiōis vel ꝑceſſio  
niſ: hec em̃ om̃ia pro eodē ſupponunt: vt  
extra de iurepatronatuſ. c. ꝑterea qm̃. Cu  
iuſ vel ꝑuilegiū eſt quadruplex. Pr̃mū  
q̃ iuſ habet ꝑſentandū inſtituendū ad ꝑbē  
daſ vl' ad ecclias nō collegiatas: vt extra  
de iurepatronatuſ fere ꝑ totū. In collegia  
tiſ vero nō electioni faciēde ſed iam facte:  
poſtulaf aſſenſuſ patroni: vt e. ti. cū nob':  
ſi ſaltē ꝑſenſit q̃ poſſet fieri collegiata ſine  
ꝑteſtatione iuriſ ſui: vt patz in gloſa ibidē

Secundū eſt q̃ ꝑm' ⁊ ꝑncipaliſ incedit ꝑ  
ꝑceſſione. xvj. q. vij. c. ꝑie mēt': ⁊. c. ſequē  
ti: ⁊ dicto. c. cū nob': vbi plane ponit idipm  
Tertiū q̃ ſit deſenſor ecclē ꝑcipu': ⁊ ideo  
tenet̃ eā deſēdere ab oīb' oppreſſiōib': vt  
xvj. q. vij. c. filiis. Quartuz eſt q̃ ſi vergat  
ad inopiā alēduſ eſt de boniſ ecclē: vt di  
cto. c. filiis: ⁊. c. quicunqz. Et ſz Hoſti. iuſ  
patronatuſ nō dicit̃ directe iuſ ſp̃uale: qz  
cadit in laicū: ſm̃ qd̃ t̃m̃ ſpirituale dicit̃ ꝑt:  
qz ꝑ ip̃m ꝑreſtat̃ via ad ꝑſequēduſ ſp̃uale  
beneficiū. An ſm̃ Hoſti. trāſſerei ꝑt in ali  
um quattuor modis. Pr̃mo ꝑ ſucceſſionē  
hereditariā: vt patet extra de iure patro. j.  
⁊. ij. c. vbi dicit̃ glo. in. c. j. Nota q̃ iuſ ꝑa  
tronatuſ apud vnūquēqz heredē eſt inſolū  
dū quo ad om̃ē eiſ effectū. ff. de bo. lib.  
ſi libertaſ: in ſi. ꝑreſ. ſacerdotiſ ꝑſentatio  
nem que eſt apud om̃es communiter ita  
q̃ apud nullum ſingulariter. Et plura vi  
de ibidem de hac materia. Secundo ꝑ ꝑ/  
mutationē: qz cū alio ſpirituali potest ꝑ/  
mutari: vt extra de rez ꝑmuta. c. ad q̃ſtio  
niſ. Tertio ꝑ donationē: ſi tamē donat̃ lai  
co requirit̃ ꝑſenſuſ ep̃i: vt extra e. ti. c. ꝑ  
terea: maxie quādo dubitat̃ ne fiat in frau  
dem ⁊ trāſſeret̃ in potentiorē: vt ibidē inuē  
tur. Quarto ꝑ venditionē: qz licet non  
poſſit vendi ſpecialiter tamē tranſit cū vn  
uerſitate vendita: niſi de ip̃o ſpecialiſ ex  
cipiat̃: vt eo. ti. c. cū ſeculē: ꝑſertim in glo.  
Similiter trāſit cū vnuerſitate in ꝑditioē  
ad firmā ſiue ad penſionē: vt eo. ti. c. ex lit  
ter': vbi caſuſ iſte patz in textu: ⁊ dicit̃ glo  
ſa cū dicūt quidā q̃ talē ꝑtractū celebraue  
rūt in ſe: q̃ velle dominiū tranſiret in ꝑdu  
ctorē: ⁊ ſic in ip̃m trāſiuit iuſpatronat'. De  
niqz ſi ipſam vnuerſitatē emūt ⁊ ṽdūt in  
fraudē maiori ſz ꝑcio q̃ iuſtū ſit talē vn  
uerſitatē diſtrahi intuitu ſz iurepatrona  
tuſ: nō excuſant̃ a ſimonia: extra e. ti. vbi  
dicit̃. c. qz clerici qdā aduocatiſ. i. iuſ ꝑa  
tronatuſ ecclēſiaz cōparant: vel quocun  
qz modo poſſunt acquirūt vt poſtmodū eo  
rū filij vel nepoteſ ad eaſdē ecclias preſen  
tentur: ꝑcepimus vt id arti' inhibere ꝑ  
cureſ eoſdē aduocationib' taliter acquiſi  
tiſ appel. poſt ſpoliādo. Secundo queri  
ꝑt vtrū ꝑ actibus ſp̃ialib': vt eſt ꝑdica  
tio verbi dei licz exigere vel dare pecuniā:  
ꝑtert̃m cū dicat̃ ap̃l'ſ. j. Cor. ix. Quis mē  
litat ſuiſ ſtipendijs vnqz: quis ꝑſcit gre  
gem ⁊ de lacte gregiſ nō manducat? Ad  
r̃ndet̃ Tho. ſcōa. 2. q. c. ꝑ ꝑdicantib' q̃

B

de ꝑre d̃im̃



dem temporalia debent ad sustentationē p̄dicantiū nō aut ad emendum p̄dicatōnis x̄bū. Unde sup illd. j. Thimo. v. Qui bene p̄sunt p̄sbyteri: dicit glo. Necessitatis ē accipere unde uiuif: charitatis est p̄bere: nō tñ venale est euāgelisū vt p̄ his p̄dicet: si em sic vendūt magnā rē vili p̄cio vēdūt. Concor. canon. j. q. iij. vbi dicit. c. nō soluz venditores sunt colūbaꝝ ⁊ domū dei faciunt domū negotiatiōis: q̄ sacros ordines largiendo p̄ciū pecunte vl' laudis vel etiaz honoris inq̄rūt: verū hi quoq; q̄ gradū vl' gratiā in ecclia sp̄ialē quā dño largiēte p̄ceperūt nō simplici intētiōe: sed cuiuslibet humane causa retributiōis exercēt: p̄tra illud Petri apli q̄ loquit̄ quasi sermōes dei que ministrat tanq̄ ex virtute quaz admīnistrat deus: vt in omnibus honorificetur deus. Quicunq; ḡ tales sunt si nolūt veniēte dño de ecclesia auferri auferāt ista de actibus suis ne faciāt domū dei domū negotiatiōis: hoc ibi. Tertio queri pōt vtz pena simoniaci sit p̄ueniēs culpe: vt scz eo p̄uef qd̄ p̄ simoniā acq̄siuit: p̄sertim cū illa pena nō cōpetit generalit̄ omnib⁹: cū q̄ dā sp̄ialia muneris infuentu acquirunt si moniace: q̄ tñ sic adepta nō possunt admitti: sicut omnes characteres q̄ p̄ aliquā consecrationē ip̄rimunt. Nec etiā iustū videt̄ q̄ aliq; de eo puniri debeat qd̄ sit ip̄o nesciente ⁊ nolēte: qz pena debet peccato qd̄ debet esse voluntariū: sed p̄tingit q̄ aliq; simoniace p̄sequit̄ aliq̄d sp̄iale p̄curantibus alijs eo nesciente ⁊ nolēte. Ad B r̄hdz Tho. vbi supra. Nō nullus licite pōt retinere qd̄ p̄tra volūtate dñi acq̄siuit: puta si quis dispensator de rebus dñi sui daret aliquid p̄tra volūtate ⁊ ordinationez dñi sui: tunc ille qui acciperet licite retinere nō posset: dñs aut cuius eccliaz p̄lati sūt dispensatores ⁊ ministri sic ordinant: vt sp̄itualia gratis darent: iuxta illd̄ Matth. x. gratis accepistis gratis date. Et ideo q̄ muneris interuētū sp̄itualia quecūq; assequuntur nō ea licite retinere p̄nt. Insup autē si moniaci sp̄ialia tā vēdētes q̄ emētes aut etiā mediatores alijs penis fm delicti qualitatē puniunt: scz infamia: depositiōe si sūt clerici: ⁊ excoicatioe si sunt laici sicut exp̄sum est. j. q. j. c. si quis ep̄us: ex scilio Calcedon. Unde licet h̄mōi characterē p̄seccrationē recipiūt p̄pter efficaciam sacramenti quā etiā amittere nō possunt: nō tamē recipiūt grām nec ordinis executionē: eo q̄

quasi furtiue receperūt characterē p̄tra p̄ncipalis domini voluntatē: ⁊ ideo ip̄o iure suspensi sunt q̄ ad se: vt scz de executione ordinis sui se nō intromittāt ⁊ etiā q̄ ad alios vt scz nullus ei cōmunicet in ordīs executione: siue peccatū eius sit publicū siue occultū ⁊ ideo nullus ordinē recipere debet ab ep̄o quē scit simoniace p̄motū: q̄ si p̄ eū ordinē nō recipit ordinis executionez. Nō si nō p̄stat ei de ep̄o q̄ sit simoniace p̄motus tūc nō debet credere peccatū alterius: ⁊ ita cū bona p̄sciētia d̄z ab eo ordinē recipere: als nequaq; nec etiā repetere potest pecuniā quā turpic dedit: licet ali⁹ iniuste detineat. Si vero sit simoniacus ex eo q̄ p̄tulit ordinē simoniace: vl' qz dedit vl' accepit beneficiū simoniace: vl' etiā si fuit mediator simonie: tūc si est publicū est ip̄o iure suspensus quo ad se ⁊ quo ad alios: si autē ē occultū suspensus est ip̄o iure tñ q̄ ad se ⁊ nō quo ad alios. Et ideo si ep̄us sit simoniacus aliquo alio mō q̄ p̄ p̄motionē suā simoniace factā: pōt q̄s ordinē ab eo accipere si sit occultum: qz nō est suspensus quo ad alios. Qd̄ aut dicebat de ignorāte ⁊ nolēte qui merito puniri taliter nō debuit. Ad hoc r̄ndet q̄ ad hoc q̄ aliq; eo p̄uef qd̄ accepit nō solū ē pena peccati sed etiā quādoq; est effectus acq̄sitiōis iniuste: puta cū q̄s emit rē aliquā ab eo q̄ vendere nō pōt: licet em̄ nesciēs hoc faciat: tñ ad restitutiōnē obligat: plus tñ puniē sciēs. Sic etiam in simonia: qz si ip̄o nesciēte ⁊ nolente p̄ alios alicuius p̄motio p̄curat simoniace caret quidē ordinis executione ⁊ tenet resignare beneficiū qd̄ est p̄seout̄ cū fructib⁹ extātib⁹: nō tñ tenet fruct⁹ restituere p̄sumptos: quia bona fide possedit. Nō si inimic⁹ eius pecuniā fraudulē dedit vt ei⁹ p̄motionē ip̄ediret: vel si ip̄e exp̄sse p̄tradixit et nunq; postea p̄sensit tūc nō tenet ad renunciatiōez. Nō si sciēt simoniā p̄traxit vltra penā p̄dictā tenet de omnibus fructib⁹ p̄ceptis ⁊ etiā de his q̄ p̄cipi potuerūt a diligēte possessore: nisi fuerint exp̄si in utilitatē ecclie vltērius etiā puniē: qz notat infamia ⁊ cū eo difficilius dispensat. Quarto queri pōt vtrū pecunia vel alia res data simoniace illi ecclie restitui debeat in cui⁹ iniuriā data fuit. Ad B r̄ndet Wein. boye: extra de simonia. c. de hoc aut: p̄ distinctiōnē dicēs: Quia aut res aut pecunia fuit tñ p̄missa: aut fuit data tradita ⁊ recepta: si p̄mo modo tūc sibi fuit sola promissio nuda

*Cui restituitur pecunia simoniarū data*

*de pena by  
meri*



nō cōventionalis: id est absq; eo q̄ dūctio  
interuenisset: et talis pmissio nō noceret:  
ar. extra de sponsa. c. si. scōm Hosti. Et glo  
sa dicit ibidē q̄ conatus siue voluntas sine  
effectu nō nocet. Si vero fuit ibidē pmissio  
conventionalis tunc in talib; sola pactio  
nocet: vt patet extra de pac. c. si. vbi etiam  
dic̄ glo. q̄ omnis pactio in spūalib; ē illicita  
et scōm leges turpe pactū nō tenet. ff. de  
ver. ob. Et infra dicit glo. q̄ pactum turpe  
dicit q̄ fit etiā de re sacra siue spūali: vt patz  
in hoc. c. Et in omnib; q̄ in sui natura hōa  
sunt et licita sed p pactū fiūt illicita: vñ de  
hoc casu dicendū est q̄ sit eiusdē iuris cum  
casu sequenti. Si vero scōm mō: id ē si pecu  
nia fuerit data: tradita et recepta: tūc si pte  
xtu antiq; praeue consuetudinis fuit tradita et  
recepta penes illā eccliam remanere debet  
in cuius iniuriā est recepta. Et isto mō sol  
ui pōt et intelligi strariū in. c. veniēs: eñ de  
simonia fm Hosti. et Jo. an. ibidē: qz in il  
lo casu nō fuit simpliciter datū fm antiquaz  
consuetudinē: sed etiā facta fuit in eos dūctio.  
Nō si talis pecunia tradita fuit et rece  
pta ex cōuentiōe tūc refert fm Hostiē. in b  
passu: quia vel donās errauit in iure: et tūc  
subuenit ei et restituit ei: vt dicto. c. veni  
ens: vel sciēnt hoc fecit: et tūc si vult intra  
re religionē de benignitate redditur ei vel  
monasterio ad q̄ transit: ne eidē onerosus  
existat: et ita intelligit opinio Inno. et alio  
rū. Idē etiā videt q̄ si adeo paup est q̄ nō  
habeat vnde viuat: vt patet in eo q̄ legis  
et notat extra de cleri. p. c. q̄ a te. Sed si  
donans nō errauit nec in iure nec in facto  
nec etiā vult intrare religionē et habet vi  
te sufficientiā: tūc si pecunia data ē vni vel  
plurib; tanq; priuatis psonis: cū in b casu  
ecclia culpa careat in cuius iniuriā data ē  
ip̄a ecclia pecuniā hāc ip̄o iure habere de  
bebit: vt patet in dicto. c. de hoc autē: verū  
tamē si capitulū in hoc deliqt: tūc nec dās  
nec recipiēs ip̄am habebit sed cōfiscabit.  
ar. extra de dona. in l. vi. et vxo. c. et si necē.  
Nec obstat q̄ illi q̄ receperūt defuncti sunt:  
qz turpia lucra sunt etiā ab heredib; extor  
quēda. ff. de calū. l. in heredē: cōfiscabit au  
tē a fisco summi et nō inferioris pncipis in  
b casu et sic erit pecunia pauperib; erogan  
da: vt extra de vsuris: c. cū tu: cū suis pcor  
dantijs: fm Hosti. et Jo. an. in dicto. c. de b  
aut. Quinto q̄ri pōt an et qñ et q̄s valeat  
dispensare cū simoniacō. Ad hoc rñdz Jo  
bā. de calū. extra de renūciatiōe: in. c. post

trāflationē dicēs: Nō si simoniacē q̄s ordiēs  
adept; ē ip̄o ordiato sciēte vel cōfiteēte taci  
te vel exp̄sse: vel postea ratum habēte: vel ip̄o  
eodē pecuniā dāte: tūc in his casib; executi  
onē pdit: nō solū ordiēs sic suscepti: eñ de si  
monia. c. tāta: sed etiā omniū alior; fm Al  
ricū et Inno. et addit Inno. q̄ etiā in tpali  
bus et p sequēs pdit administrationē tē  
poraliū: ar. lxxxj. di. c. eos etiā q̄ vt fornicari  
eis liceat: diuinū officiiū dereliq̄rūt a deo  
recedentes diabolo et opibus eius seruiūt  
sicut se iustissime ab officio alienos faciūt:  
ita beneficior; alienos eccliarū puatos eē  
adiudicam;: hoc ibi: vñ alius q̄ papa sup  
his dispēsare nō pōt: vide tñ clar; de b su  
pra. Si vero simoniacē ordinē adeptus est  
ip̄o ignorāte nec postea ratum habēte: tūc  
ex dispensatiōe ep̄i pōt in ordinib; remane  
re. j. q. j. p̄sentii. In alijs aut ordinib; non  
simoniacē susceptis sine dispensatiōe rema  
nere potest: nouos tñ nō recipiet nisi cum  
eo dispēsēt in ordine quē simoniacē acq̄si  
uit. Dispēsare vero potest in hoc casu: scilicet  
vt nouos recipiat solus papa si est ma  
nifestū: si aut occultū tūc ep̄us. Preterea  
si dignitatē vel eccliam curatā adeptus est  
simoniacē eo sciēte vel cōfiteēte: tacite vel  
exp̄sse: vel postea ratū habente aut etiā pe  
cuniā dāte: tūc si libere renūciat ep̄s dispēs  
sare poterit vt in alia ecclia beneficiū obti  
neat et in susceptis ordinibus ministrat: et  
vt in eadē ecclia beneficiū obtineat nō ta  
mē illā dignitatē quā simoniacē obtinuit  
et q̄ in minoribus ordinibus ministrat: nō  
tamē q̄ ad superiores ordines ascēdat: et sic  
plus punit remanēs in ecclia in qua simo  
niā cōmisit: q̄ si ad aliā se trāfferat Aut fa  
ctū est ip̄o ignorante et tūc nō nocet ei si fa  
ctū est insidiosē ab inimicis: q̄ si ab amicis  
factū ē: tūc si nō renūciat spōte s̄ expectat  
sententiā: in tota illa natiōe eccliaz vel digni  
tatē habere nō pōt: nec b casu ep̄us ea vice  
dispēsare pōt: vt extra de ele. c. si alicui; in  
pnci. q̄ intelligit Hugo: nisi ecclie necitas  
vel utilitas id exposcat: vt patz exp̄ssus. j. q.  
vij. s̄ nisi rigor: in alia vō natiōe poterit ep̄s  
dispēsare: ar. a h̄rio dicti. c. si alicui; ibi ea  
vice. Si vō spōte renūciat: dic̄ glo. in di. c.  
post trāflationē: q̄ ep̄s illa vice dispēsare  
poterit ex necitate vel utilitate ecclie. j. q.  
vij. c. et si ita. Si deniq; simplex beneficiū ac  
q̄siuit simoniacē s̄ ignorāte tūc post liberā re  
signatiōem ea vice p̄t ep̄s dispēsare. Idē si sciē  
ter et necitas vel utilitas ecclie requirit: multo

90  
Quis dispensat cum Simoniacō



minus si sententiā expectauit: nisi ppter necessitatē vel vtilitatē: et generalit̄ de dispensatione ep̄i intellige si cuz ipso non fuit commissa simonia. De simonia autē commissa circa exequias: benedictiones nubentiū: sal: panis: i consecratione eccliar: vasorū vestimentorū: venditiōe chris̄matis et similiū: scdm Hein. boyc: in dicto. c. post translationem: ep̄us vt credit dispensari p̄t post pactam penitentiā: cor. Hosti. Hoff. et speculator. Deniq; de simonia p̄ ingressū religiōis solus papa dispensat si ingrediēs scient̄ contraxit vel post ratū habuit. Si ignorant̄ p̄ inimicū nihil nocet: si p̄ amicū eo ignorante vel tradicēte: tūc credit Hein. boyc: q̄ ep̄us dispensare p̄t: in dicto. c. post translationē: et allegat multa iura. Ad laud. dei.

*unus*  
De restitutione elemosynarū ppter dādi impotentia vel accipiendi fraudulentia: falsā questinationem et dānabilem abusionem:

## Sermo XX

## Non furtum facies

**A**n Exo. xx. Septimo principalit̄ elemosynis vel donis abutētes tenentur ad restitutionē. Ad cuius euidentiam sciendū q̄ principalit̄ tria sunt hoīm genera q̄ obligant̄ ad elemosynarū restitutionē. Primi sunt qui recipiūt elemosynas ab his qui eas dare nō possunt: de quo talis regula dari potest. Omne acquisitū a dante legitimā auctoritatē dandi nō habente: restitui debet. Ratio huius est: quia scdm Sco. in. liij. di. xv. nō ē iusticia si donat q̄s q̄ prohibente iure nō habet auctoritate; donandi: nisi pbabilit̄ p̄sumat q̄ illis placeat qui sup hoc habent potestatē donandi: et ideo dare non potest furiosus vel qualiscunq; alienatus a mente sicut nec peccare potest. xv. q. j. c. merito: extra de homici. si furiosus. Similiter nō valet q̄ donat suus aut filius familias qui nō h̄z peculīū castrēse vel quasi. ff. ad macedon. l. fili. ff. de pecul. l. filius. Nec etiā valet q̄ donat vxor que nō habet res parafernales. ff. de donatio. inter vi. et vxor. l. quītus: nec q̄ donat monachus vel claustralis. xij. q. j. c. nō dicatis: et. c. nolo: extra de statu mona. cū ad monasteriū: nec q̄ donat bonorū eccliaſticeorū administrator: nisi eccliaſtica bōa moderate donet honestis p̄sonis ex iusta cau-

sa: qz pauperū bona sunt. xvj. q. j. c. si aliter raptor est nec qd donat q̄ mīores sunt. xv. annis. l. si maior fac. ra. habuerit. l. si. et multomin⁹ si donat pupillus q̄ nihil aliā re potest sine auctoritate tutoris. ff. de acq. re. do. l. pupill⁹: nec valet donatio p̄digi. ff. de cura. fur. l. iulian⁹. Quia & supradicta et similia a talibus habita restitui debent nisi pbabiliter p̄sumat q̄ illis talis donatio placeat q̄ sup hoc potestatē acceperunt quorū declarationē vide lati⁹ superi⁹. An de generalit̄ etiā omnes tenentur ad restitutionē faciendā q̄ recipiūt ab his q̄ sunt obligati in iustis vel debitis: si p̄ b̄ efficiunt̄ impotētes ad soluendū: exempli grā. Si q̄s accipiat elemosynas ab usurario q̄ p̄ b̄ efficiat̄ nō soluendo: tūc ad restitutionē obligat̄: qd sane intelligendū est si p̄ b̄ certa iniusta soluere nō potest: secus autē si p̄pter hoc nō efficiat̄ ipotēs ad satisfaciendū de certis iniustis. l. cor. Alri. verū tamē licet usurarij nō essent soluēdo tñ excusant̄ p̄dicantes et religiosi qui vadūt vt ad penitentiā et restitutionē illos p̄posse inducant si de usuris cuz eis comedunt: maxime si apud alios comode venire nō p̄t: siue illos inducāt in p̄dicatiōe generali siue in psuasiōe speciali: vt ptz eē de sen. ex. c. cū voluntate: vbi subdit̄: p̄dicatores qz penes excōicatos vel alios alienarū rerum detentores in p̄dicationibus et p̄fessiōib⁹ quasi gerunt causas eorū ad quos res ipse spectare noscunt̄: elemosynas licite possūt ab illis recipere: p̄sertim si alis nō valeant in illo loco sustentationē habere: qd tamē fm Richar. verū est si de correctione spes pbabilis habeat̄: et etiā si p̄pter eorū expēsas nō subtrahat̄ usurario restituēdi facultas in toto vel in magna pte: concor. Ray. Archi. et Hosti. Præterea multo magis sacerdotes oblationes a manifestis usurariis recipientes obligant̄ ad restitutionem: nā licet ex hoc usurarij nō fierēt ipotētes ad soluendū: tamē recipientes ad restitutionē obligant̄: et donec satisfecerūt ad arbitriū sui ep̄i ab officij sui executione manent suspensi: vt extra de usur. c. qz in omnib⁹. Caueant igitur ne celebrent interim alis fi erent irregulares: fm Hosti. tamē fm Archi. decretū illud nō est late sentētie s; ferē de: p̄ma tamē opinio securior est. Quia si q̄ ritur q̄ sint usurarij manifesti: dicendū fm Hosti. q̄ dupliciter cognosci p̄t. Primo p̄ notoriū iuris: qñ scz p̄ ep̄um in ecclia pu-



blicati sunt: secus autē si ab epō tolerant. Secūdo p notoriū facti: id est p euidentiā manifestā. s. cū tenēt patentē mēsam ad pecuniā mutuandā cuilibet sub vsuris: sicut meretrix in p̄stibulo cuilibet stat pata: ita habet i. l. palā. ff. de v. sig. et p bar. in. l. ij. ff. de furt. Si vō sunt manifesti p infamiā nō tñ notorij: s̄m Gratianū hāc penā nō patiunt. Secūdi p̄ncipalit̄ sunt q̄ recipiūt elemosynas fraudulēt. p̄ro q̄ sciēdū s̄m Sco. in. iij. q̄ ad iustā donatiōez tria req̄runt. Prīmū ē q̄ sit libertas ex pte donātis: ppter cui⁹ defectū nō p̄t p̄dicti alienare bona licz sua: et etiā ex pte recipiētis: ppter cuius defectū fratri minori pecunia dari nō p̄t: nec alicui religioso s̄dito cui nō est credita am̄istratio dari p̄t aliqd sine scitu et licētia sui sup̄toris: qz nō ē capax alicui⁹ p̄prietatis. Secūdū est q̄ sit voluntas recipiēdi ex pte ip̄i⁹ cui fit donatio: qz nisi oblatū recipiat dominū nō trāssert: et q̄ caueāt q̄ q̄cūq; oblata refugiūt in manifesto s̄ postmodū clā auferūt in occulto: qz furtū cōmittūt. Tertū est q̄ sit trāssatio liberalis ex pte donātis. Nō est aut̄ in donatiōe iusticia si donās nō mere liberalit̄ donat: et iō generalit̄ quicūq; coact⁹ circūuentus vel decept⁹ donat: nō mere liberalit̄ donat: qz aliq̄lis coactio et ignorātia excludūt simplicit̄ volūtariū: nō q̄ valet illa donatio que p̄cedit ex quacūq; necessitate v̄l coactiōe. S̄m s̄m Sco. deceptus ab eo cui donat q̄tū ad illā rōnem ppter quā donat nō simplicit̄ donat: vñ s̄m Inno. et Hosti. hypocrita q̄ sub nomie boni ac deuoti viri multa q̄siuit: obligat ad restitutionē: qz p fraudē adept⁹ est illa bona. xiiij. q. v. c. si. et c. q̄ habetis. s. s̄ hoc. Et iō talit̄ acq̄sita dy alijs viris deuotis vel paupibus erogare: de talib⁹ em̄ dicit dñs Mar. xij. de scribis q̄ deuorāt domos viduarū obtētū plixē orōnis: hi accipiēt plixius iudiciū. Et Math. xxij. Ne vobis scribe et pharisei hypocrite q̄ comeditis domos viduarū: orōnes longas faciētes ppter b̄ enī ampl⁹ accipietis iudiciū. S̄m si dat aliqd nō egeno: eo qz p suā s̄latōnez egen⁹ putabat s̄ alijs egenis distribuere tenet: nisi et ipse interim egen⁹ efficiat: de talib⁹ enī ibidē dicit Sco. videāt trufatores illi q̄ diuites exñtes tāq̄ egeni recipiunt elemosynas: ne iniuste oīa hmōi recipiāt: qz nō est ibi i dante volūtariū ppter cōditiōis ignorātiā quā respicit i donādo. Ad maiorē aut̄ euidentiā p̄mo q̄ri

p̄t: vtrū illi q̄ se s̄lant bonos nō sunt questus grā sic hypocrita: tenent ad restōez. Ad hoc r̄ndet Alex. d̄ hales: dicens: in. iij. tractatu restitutionū: qz sic: cuius rō est: qz ille q̄ dat aliqd hypocrite quē estimat bonū et religiosū: nō dat p se loquēdo hypocrite: s̄ interpretatiue dat viro religioso: vñ nō trāssert dominū rei date ad hypocritā et sic hypocrita nō ē iust⁹ possidēs rei date s̄ vsurpatiuē et iusto dñio: ac p̄ h̄is ē aliene rei cōtrectator ppter qd tenet ad restōez. Nō si obijct⁹: igit̄ a s̄li cui conferē ab epō p̄bēda eo qz credit̄ esse bon⁹ et nō sit: tenet etiā ad restitutiōez illius. Ad b̄ r̄ndet ibidē Alex. de hales: qz nō est s̄ile: qz licz cōferēs alteri p̄bēdā credit̄ illū esse castū et bonū: tñ ille cui p̄fert p̄bēda nullā fraudē cōmittit p̄t quā illi p̄fert: qz tali intētōe nō s̄lat se castū vt p̄bēdā asseq̄t. Nō licz ingrediēs sit mal⁹: vtpote fornicator et impi⁹ licit⁹ tñ est ei⁹ ingressus in p̄bēdā: hinc etiā nō tenet ad restōez. Si tñ p̄ hypocrisim ppter b̄ se bonū s̄lasset vt p̄bēdā asseq̄ret: tūc ei⁹ ingressus esset vitiosus et illicitus: vtpote fraude et dolo adept⁹: et p̄ h̄is tenet ad restitutionē. S̄m etiā si ep̄us vel ali⁹ p̄latus matrē vel sororē alicui⁹ cognosceret: et ob b̄ illi p̄bēdā aliquā tribueret: tunc cognita veritate tenet resignare: qz turpissimū ingressum habuit. Secūdo q̄ri p̄t de his q̄ mēdicant elemosynas pauperū rapiendo: cum tñ eis nō sit necessariū. Ad hoc r̄ndet Alex. de hales vbi supra: qz si diues exñs vel saltē nō paup mētiēdo se pauperē aliqd acq̄rit: tenet ad restōez non illi a quo recipit: qz talis iā meritū h̄ apud deum dans elemosynā intuitu pietatis: sed tenet dare paupib⁹ q̄bus alter vtiq; donasset si nō errasset. Nō si q̄rit qd q̄ de mēdicantib⁹ validis q̄ se debiles claudos et infirmos fingūt: et vt dicit glo. l. de mēdi. vali. li. xj. cū herbis et alijs medicamēt̄ fingere p̄t deformitates mēbroz et egritudines corpoz. Ad b̄ r̄ndet Jo. de pla. qz inspiciēda ē eorū cōditio: vt si eis fuerit corpis integritas: et annoz robustas: eoz inertia sine vlla miseratione puniat hoc mō: vt si fuerint serui subdant dñio accusatoz. Si vō liberi efficiant eoz coloni ascripticij: et b̄ qñ fingūt infirmitatē. Si vō nō fingūt infirmitatē s̄ tñ sani mēdicāt: tūc si sunt forēses expellūt et ad suas ptes remittunt. Si aut̄ nō sūt forēses: tūc ad artes et opa ac publica exercitia cōpelli debēt: vt i aut̄. de q̄stoz. s. si vō

hypocriti

mēdicant

demēdicant  
vtrūq;



vltre. colla. vj. nā dicit ibidez glo. q̄ cū sint  
 robusti ⁊ sani auferūt panē debilib⁹ ⁊ per  
 p̄ns ad restitutionē obligant. Esuriētī em̄  
 panis vtilit̄ tollit̄ vt ei⁹ inertia cohibeat:  
 ⁊ vtilit̄ esuriētī panis tollit̄ si de cibo secu/  
 rus iusticiā negligebat q̄ esuriētī panis  
 frangit̄: vt iniusticie seduct⁹ acq̄escat: et q̄  
 freneticū ligat ⁊ q̄ litargicū excitat ambo/  
 bus molest⁹ ambos amat: hec Aug⁹. ⁊ ha  
 bent. v. q. v. c. nō oīs. Itē glo. sup Matt̄.  
 Iusti⁹ feceris si iniuste petentē correxeris  
 q̄ si q̄d ei dederit. Tertio q̄ri p̄t. q̄d igif  
 de q̄storib⁹ q̄ mittunt̄ in oēm terrā ad eua/  
 cuāda marsupia mulierū fictis mēdacijis:  
 ita q̄ tā vbo q̄ exēplo: tā sermōe q̄ puerfa  
 tiōe plurimos scādalizāt ⁊ i errozē ducūt.  
 Ad hoc dicendū: q̄ ad abolendas eoꝝ de/  
 testabiles insolētias tria p̄ncipalit̄ de eis i  
 iure districte sūt p̄mulgata. Prīmū est de  
 eoꝝ puerfatiōe q̄ ponit̄ eꝝ de pe. ⁊ re. in. c.  
 cū ex eo. vbi subdit̄: q̄ aut̄ ad q̄rendas ele/  
 mosynas destinant̄ modesti sint ⁊ discreti  
 nec in tabernis aut alijs locis incongruis  
 hospitent̄: nec inutiles faciāt aut sūptuo/  
 sas expēsas cauētes oīno ne false religio/  
 nis habitū gestēt: ex quib⁹ lit̄do p̄z: q̄ nō  
 debēt esse ribaldi: fornicatores: adulteri:  
 taxillatores aut silib⁹ crimib⁹ irretiti: nec  
 elemosynas in subsidiū pauperū datas vi  
 tiose ⁊ scādaloze dilapidare debēt: alioquī  
 obligant̄ ad restōem: qz detestabile furtū  
 est. Secūdū aut̄ est de eoꝝ auēte sine q̄ ne/  
 qua q̄ admitti debēt: vñ i dicto. c. cū ex eo.  
 ibi subdit̄: Elemosynaz q̄z q̄stores quozū  
 q̄daz se alios mētiēdo abusiōes nōnullas  
 in sua p̄dicatiōe pponūt admitti: nisi apli/  
 cas vel diocesani ep̄i lras veras exhibeāt  
 phibem⁹: ⁊ tūc p̄ter id q̄d i ip̄is cōtinebit̄  
 lris nihil p̄plo pponere pmittant̄. Formā  
 vō quā cōiter sedes aplica talib⁹ indulget  
 duxim⁹ exprimēdā: vt fm eā ep̄i dīo c. suas  
 lras moderēt. Ea si q̄dē tal: qm̄ vt ait apls  
 ad Ro. xiiij. Dēs stabim⁹ añ tribunal xp̄i:  
 recepturi put̄ i corpe gessim⁹ siue bonū fue  
 rit siue malū: oportet nos diē messiōis ex  
 treme miscōle opibus p̄uenire ac eternoꝝ  
 stuitu semiare in terris: q̄d reddēte dño cū  
 multiplici fructu recolligere debeam⁹ i ce/  
 lis: firmā sp̄e: fiduciaq̄ tenētes: qm̄ q̄ par/  
 ce semiat parce ⁊ metet: ⁊ q̄ semiat in bñdi/  
 ctionē de bñdictiōe ⁊ metet vitam eternā.  
 Cū igif ad sustentationē fratru⁹ ⁊ egenozū  
 ad tale cōfluentiū hospitale: pprie nō sup/  
 petant facultates vniuersitatē vestrā mo/

nemus ⁊ exhortamur in dño atq̄ in remis/  
 sionē vobis iniūgin⁹ pctōꝝ: quaten⁹ de bo  
 nis a deo vobis collatis pias elemosynas  
 et grata charitatis subsidia erogetis: vt p  
 s̄buetionē vestrā eoꝝ inopie cōsolat̄: ⁊ vos  
 p̄ hec bona ⁊ alta q̄ dño inspirāte feceritis  
 ad et̄na possitis gaudia puenire: hoc ibi.  
 Tertiu⁹ vō est de eoꝝ amonitiōe: q̄ scz ph  
 bent̄ denūciare: nō enī pmittunt̄ p̄dicare  
 fm iura sed charitatiue amonere: vt patet  
 plane li. vj. de heres. in. c. vt officiu. ⁊ i cle.  
 scōa de peni. ⁊ re. In q̄ clemētina mlta eis  
 phibent̄ denūciare vbi subdit̄: Cū aliqui  
 ex hmōi q̄storib⁹ sicut ad nostrā audientiā  
 est platū: nō sine multa temeritatis auda/  
 cia: ⁊ deceptiōe multiplici aīaz: indulgen/  
 tias pprio suo motu p̄plo de facto cōcedāt:  
 sup votis dispensent: ⁊ a plurijs: homici/  
 dijs ⁊ peccatis alijs sibi p̄fitētes absoluāt:  
 mala ablata incerta data sibi aliqua pecu/  
 nie quātitate remittāt: tertiā aut quartam  
 partē de penitētijis iniūctis relaxent: aīas  
 tres vel plures amicoꝝ vel parentū illoꝝ  
 q̄ elemosynas eis p̄ferūt de purgatorio vt  
 asserūt mēdacit̄ extrahāt: ⁊ ad gaudia pa/  
 disū pducant: bñfactorib⁹ locoꝝ quoꝝ q̄sto  
 res existunt remissionē plenariā pctōꝝ in/  
 dulgeāt: ⁊ aliq̄ ex ip̄is eos a pena ⁊ a cul/  
 pa: vt eoꝝ verbis vtamur absoluāt. Hos  
 abusus hmōi p̄ quos censura vilesit eccle  
 siastica: ⁊ clauū ecclie auctas deducit̄ i cō  
 temptū: oīmode aboleri volētes: ea p̄ q̄s/  
 cūq̄ q̄stores fieri ac attēptari decetero di/  
 strictius inhibem⁹. Omnia ⁊ singula p̄ui  
 legia si qua sup p̄missis vel eoꝝ aliquo sint  
 aliquib⁹ locis ordinib⁹ vel p̄sonis q̄storū  
 hmōi quōcunq̄ cōcessa: ne ip̄oꝝ p̄textu sit  
 eis materia talia vltērius p̄sumēdi: aucte  
 aplica q̄tum ad p̄missa penit⁹ reuocātes:  
 hoc ibi. Hūc aut̄ laicos ⁊ illitteratos mit/  
 tunt p̄ colligēdis hmōi elemosynis: q̄d sa  
 tis reprobāt: extra de p̄uil. in. c. tuaz. ⁊ q̄d  
 peius est nō solū vxoratos sed etiā publi/  
 cos fornicatores: adulteros ac alios infā/  
 mes q̄ p̄ certa summa sibi vendicāt aucto/  
 ritatē discurrendi p̄ hmōi elemosynis: in fo  
 mentū ⁊ augmentū eterne maledictionis:  
 An dicit sanct⁹ Bernhardin⁹ de religione  
 xp̄iana: cū in elemosynis dandis est erroꝝ  
 p̄sone: puta qz dans credit alteri dare: tūc  
 illud restituendū est danti vl̄ illis ad quos  
 dantis intētio ferebat̄: vt si quis solis in/  
 firmis hospitalis sancti Anthonij vel alte  
 rius loci vel p̄sone intendebat dare: nō aut̄



questoribus: tunc est illis infirmis & pauperibus restituendum: nihilominus tamen quod nullus tenet propriis stipendiis militare: nec etiam gerere causas aliorum ad expensas suas: dico quod tales vivere possunt super questibus quas faciunt moderate tamen: possunt etiam moderatum salarium exigere & accipere dummodo sine mendacijs cum moderaminibus supradictis officium illud exequantur. Quod si tales questuarij dicunt se esse sacerdotes & non sunt: ac per impias deceptions: promissiones & mendacia lucrati sunt multa: tunc autem emunt questam illam per certam pecunie quantitatem & tunc quia id quod illis modis impijs lucrati sunt est turpe lucrum: totum debet pauperibus erogari: aut sunt sub obedientia hospitalis per quo questam fecerunt: & tunc domus hospitalis nihil eis dimittere debet propter communem victum aliorum confratrum: sed totum debet usus pauperum applicare: quod si aliter facit ipse dominus peccat & peccatorum princeps efficitur: hec ille. Tertij principaliter sunt qui abutuntur elemosynis damnabiliter quod licite sunt acquisite: & hoc dupliciter. Primo quando datur elemosyna sub conditione quam recipientes non exequuntur: ut cum sacerdoti datur elemosyna per missas celebrandum eis: vigilijs legedis &c. qui tamen hoc non perficit: tunc dominus si receptori constat de perfecta intentione dantis: quod si aliter nullo modo daret: obligat vel ad restituendum vel ad sufficienter per se vel per alium suppleendum secundum intentionem dantis. Cuius ratio est: quia cum res in recipientem non transeat: nisi eo modo quo dantis transferre intendebat: si conditione non perficitur: in ipsum res minime transferri valebit. Admirandum cum intendebat hanc sibi vel suis procurare bona spiritualia a quibus iniuste fraudatur quousque bona illa spiritualia sibi suppleantur vel restituantur. Si tamen principaliter illam elemosynam daret propter personam: secundario vero propter spirituale subventionem: tunc licet petita non perficiatur non obligat ad restitutionem: quousque etiam alter errasset in persona: aliter tamen peccaret infideliter agendo. Exempli gratia: do tibi marcam argenti principaliter quidem quia te credo amicum vel nepotem meum. Secundario vero: quia te credo probum & bonum: ut pro me intercedas vel missas pro me & meis dicas: tunc licet non sis amicus vel cognatus meus: nec etiam bonus vel probus: nec etiam intercessionem pro me facis ad restitutionem ex necessitate salutis non es obligatus nisi per hypocrisim de bonum simulasses: ut sic elemosynas usur-

paras: peccas tamen graviter fidelitatem tibi creditam infideliter exequens. Secundo quando elemosyna in superfluitate consumitur cum talia superflua pauperum sint. Ad cuius evidentiam queri potest: utrum clerici obligentur ad fructus beneficiorum restituendos quos voluptuose consumpserunt: nec per illis fecerunt saltem debito modo quo deberent: eo quod in mortali peccato fuerunt. Ad hoc respondet Arch. xliij. dist. ubi in textu multa tangunt de convivijs & comestationibus clericorum: quod scilicet huiusmodi tenentur ad restitutionem quadruplici ratione. Primo ratione dantis: quia data sunt alijs ut offerant per ipsos offerentibus & inde pauperes alantur: quod quia talis non facit licet fructus recipit infidelis est. xliij. q. ij. qui oblationes. Secundo ratione furti: quia subtrahit illi qui paratus esset facere servitium: subtrahit etiam danti qui petit servitium. Tertio ratione sacrilegij: eo quod defraudat totam ecclesiam cui perdesse deberet suis orationibus: ut dicto. c. qui oblationes. Quarto ratione odij: quia cum is qui displicet ad intercedendum mittitur: irati animo ad deteriora provocat: sicut ait Gregorius: & habet. xlix. dist. s. j. Hinc merito dicit Hieronymus. promissum victum de bonis altaribus & non abusum. Ad laudem dei.

De restitutione propter artes mechanicas depravatas in materia: forma: fine: modo: tpe: & de alchimia & arte notoria: Ser. XXI

**Non furtum facies:**

Exod. xx. Octavo principaliter infideliter operantes tenentur ad restitutionem. Pro quo sciendum est: quod in restitutione facienda propter iniustitiam & penitentem de operibus mechanicis: principaliter quinque sunt attendenda: que sunt materia: forma: finis: modus & tempus. Primo namque fraudem committunt circa materiam: & hoc fere in omnibus artibus mechanicis qui materiam ipsam viliori commixtione corrumpunt: aut viliozem pro meliori vendunt: aut vetante ignavia vel avaricia infideliter preparant tamen servientes ad oculum: sicut fabri in omni genere metallorum lignorum vel lapidum: sic in lanificio quod comprehendit omne genus vestimentorum: in quo scilicet comprehenduntur tinctorum: fullones & similes. Similiter et in venatione que comprehendit omnem artem



pparandi cibū & potū: et sic de alijs artib⁹  
mechanicis in quib⁹ fraudē cōmittūt ī spe  
cie: pondere: mēsurā vel numero: vel debi  
tā sollicitudine in p̄patione vel cōseruatione  
q̄ tñ fm rectā rōnem fieri nō deberēt: & ido  
tales artes quib⁹ in se nō sunt tñ licite sed  
etiā vtilēs & necessarie ad hūanū vsum: tñ  
homīes illis abuti p̄t & sepi⁹ abutunt: ita  
q̄ ad restōez obligant p̄pter infidelitatē  
eoz & deceptionē simpliciū. Tanta namq̄  
malicia deceptionis tā iualuit: q̄ d̄ Hieremi  
as p̄uidēs in spū iacturā hāc hūane p̄fidie  
diceret eiusdez. ix. Quis dabit capiti meo  
aquā & oculis meis fontē lachrymarū: & plo  
rabo die ac nocte interfectos filie ppli mei  
scz spūaliter in aīa. Sequit: Quia oēs adul  
teri sunt & cet⁹ p̄uaricatoz: q̄si diceret: ex b̄  
habeo cām lamētandi: & extēderūt linguā  
suā q̄si arcū mēdaciū & nō veritatis: cōforta  
ti sunt in terra: id est ī terrenis q̄ mēdacijs  
suis aggregauerūt: qz de malo. s. mendaciū  
ad malū. s. p̄iurij egressi sunt: & non cogno  
uerūt me dīc d̄ns. s. p̄ timorē & amorē: sed q̄  
Unusq̄sq̄ se a p̄rio suo custodiat: qz. s. nec  
vicinitas nec cōsanguinitas exhibēt fidelita  
tē: & in omni fratre suo nō habeat fiducia:  
qz oīs frater supplātans supplātabit. Vira  
duplicat aut verbū supplātatiōis: qz mul  
tū studēt ad hoc vt vnus alterū decipiat &  
supplantet: & oīs amicus fraudulēter ince  
det: & vir fratrem deridebit & veritatē nō lo  
quit. *uclant⁹* Q̄ si querit quō decipient. R̄ndet  
Hieremias: Docuerūt linguas suas loqui  
mēdaciū. Vira. p̄ verba pulchra & dece  
ptoria sua mēdacia colorādo. Sed b̄ est sci  
entia frena aīalis diabolica q̄ stulticia re  
putat apud deū. Hinc p̄sequit̄ Hierem. x. c.  
dicēs: Stultus factus ē oīs hō in scīa sua:  
cōfusus ē oīs artifex in sculptili: qm̄ falsū  
est qd̄ cōflauit. Hic q̄ri pōt qd̄ q̄ de talib⁹  
q̄ quotidie mētunt̄ in artificijs suis vl̄ cō  
tractib⁹ & silib⁹: vt alios decipiant vel saltē  
se indēnes teneāt. Ad hoc r̄ndet Frācis. d̄  
pla. qz si sciēter mēdaciū p̄ferūt vt alios  
decipiant vel cari⁹ iusto p̄cio vendāt: morta  
liter peccāt & tenent̄ ad restōem. Si x̄o mē  
tunt̄ ignorāter vel iprouise: qz lingua la  
billis est iudicat̄ veniale. Q̄ si sciēter qui  
dē mēdaciū p̄fert b̄ eo tñ intuitu vt se ser  
uet indemne nō q̄rēs alteri nocere: qz satis  
rōnabiliter res p̄cio dat: nec est ibi deceptio  
nec in re nec in valore: qz nō vendit vnā  
rem p̄ alia: nec corruptā p̄ incorruptā. Et  
ideo tūc etiā est veniale maius tamē q̄ p̄ce

dens. Qd̄ tamē intelligit̄ d̄modo nō ac  
cedat iuramentū nec ducat in vsuetudinē  
qz si ex praua consuetudine mentis assidue  
tūc iudicat̄ mortale: sic multa peccata que  
p̄pter assiduitatē fiūt mortalia: sicut ebrie  
tas assidua iudicat̄ mortalis culpa: nō autē  
oīs ebritas: vt p̄ supra. De medicis autē et  
chirurgicis ac de p̄tī materia vide supra ī  
sermōe de exactionatorib⁹. Secdo q̄ri pōt  
vtrū alchimia sit licita ita qz eā exercentes  
nō faciūt furtū nec fraudē: p̄sertim cū fieri  
posse nō videat̄ sine auri decoctiōe qd̄ est le  
ge p̄hibitū. L. de auri publi. p̄secu. l. j. lib.  
xj. Ad hoc dicendū videat̄: qz isti q̄ de plū  
bo stāno vel alio vili metallo p̄ducūt au  
rū vel argentū: nō sūt repellī sed potī⁹ lau  
dandi: dū tñ hoc nō faciunt p̄ artē magicā  
vel aliā legibus odiosam: vt dīc. L. de the  
saur. l. j. li. x. Isti sunt enī metallarij q̄ labo  
re p̄prio sibi & reipub. cōmoda cōpant. L.  
de metall. l. j. li. x. & p̄pter b̄ p̄uilegiati sūt  
qz inuito d̄no p̄t ingredi fundū alienū ad  
inq̄rendū metallū: nec mutāt vnā speciē in  
aliā diuersā: sed vnā metalli speciē faciunt  
meliorē: vt de stāno vel ere argentū vel au  
rū: nec mirū cum videam⁹ qz ex re mortua  
p̄ducit̄ vīua: ex vermib⁹ p̄ducit̄ sericū: &  
ex herba vitrū. Dicit etiā liber de p̄prietatib⁹  
rerū: qz oīa metalla p̄ducunt̄ ex eo  
dem p̄ncipio. s. ex sulphure & argētōniuo:  
ex virtute etiā elemētōzū maior est influē  
tia in vno loco q̄ in alio: & ideo in vna mī  
nera vel fodina sit plumbū vel stannum in  
alia argentū vel aurū: et sic de alijs. Cum  
igī ars imitēt naturā nō vident̄ alchimī  
ste peccare si p̄ virtutē lapidū vel aliquozū  
elementozū metallū de metallo: vt argentū  
de stāno facere possunt: cū sit q̄si ex eodem  
genere. Si q̄ p̄ alchimīā faciūt aurū verum  
vel argentū. & hoc deo attribuūt: nō vidēt̄  
peccare fm̄ Oldardū & Jo. an. ī addi. spe.  
ti. de cri. falsi: qz nihil p̄hibet artē vti aliq̄  
b⁹ naturalib⁹ causis ad p̄ducēdos natura  
les & veros effect⁹ sic Aug⁹. dīc li. de trini.  
Si tñ nō eēt purū & verū aurū vel argentū  
tūc nō liceret nec facere nec v̄dere: alio q̄n  
obligaret̄ ad restōez. Tertio q̄ri pōt inci  
dētali: vtz ars notoria q̄ d̄z als ars Salo  
monis sit licita: p̄sertim cū ordinet̄ ad bonū  
finē. s. ad acq̄rendā sciētiā. Ad hoc r̄ndet  
sanct⁹ Tho. scda 2. q. xcvi. dicens: qz ars  
notoria ē illicita & inefficax. Illicita quidē  
quia vti quibusdā ad causandā sciētiā  
que nō habent fm̄ se virtutē causandi sciē



tiam que nō habent fm se virtutē causan/  
di scientiā: sicut inspectiōe quarūdam figu/  
rarū ⁊ platione quorūdam ignotorū ver/  
borū ⁊ alijs: ⁊ ideo hmōi ars non vtiſ his  
vt causis sed vt signis: nō aut vt signis di/  
uinitus institutis sicut sunt sacramēta:  
vñ relinquit q̄ sunt signa supuacua: ⁊ per  
p̄ns ptinētia ad pacta quedā significatio/  
nū demonibus placita ⁊ federata. Et ideo  
ars notoria est penit⁹ repudiāda a xp̄iano  
sicut ⁊ alie artes nugatorie vl' noxie supsti/  
tionis: vt Aug⁹. dicit de doct. xp̄iana. Est  
etiā inefficax ad acq̄rendā scientiā: cū enī  
p hmōi artē nō attendat acq̄sitiō scientie p  
modū homī cōnaturalē. s. adinuentēdo vl'  
discendo: psequēs est q̄ iste effectus expe/  
ctet a deo vel a demonib⁹. Certū est autē  
aliquos a deo scientiā ⁊ sciētā p infusio/  
nē habuisse: sic de Salomone legit. iij. Re/  
gū. iij. dñs etiā discipulis suis dicit Lu. xxj.  
Ego dabo vobis os ⁊ scientiā cui nō po/  
terūt resistere ⁊ p̄tradere oēs aduersarij  
vestri: sed hoc donū dat paucissimis. Aut  
expectat cū obseruatiōe certa: sed fm arbi/  
trium spūs sancti: fm illud. j. Coz. xij. Alij  
quidē dat p spm sermo sapiētie: alij sermo  
sciētie ⁊c. ⁊ tandē infert: hec oīa opat vn⁹  
atq; idē spūs diuidens singulis put vult.  
Ad demones aut nō ptinet intellectū illu/  
minare. Sed acq̄sitiō sapiētie vel sciētie fit  
p illuminationē intellect⁹: ⁊ ideo null⁹ vnq̄  
p demones sciētā acq̄sivit. Multo magis  
aut phibita est ars necromācie: qz fit p ma/  
nifestas demonū inuocatiōes qd ē grauis/  
simū pctm: vñ in. xij. tabularū lege que diu  
ante xp̄i aduentū lata fuit. Artes magice  
(vt dicit Cicero de republica) phibite fue/  
rūt: ⁊ suppliciu cōstitutū fuit his qui illis  
artib⁹ vterent: de qua arte multa ponunt  
xxvj. q. v. c. nec mirū. ⁊ vtentes ea sunt ex/  
cōicati p extrauagā. Jo. xxij. que incipit:  
sup ipsius specula. vbi dicit: Si q̄s demo/  
nes inuocauerit vel eoz auxiliū postulaue/  
rit: aut fedus ⁊ pactū cū demonib⁹ fecerit:  
aut eos inuocauerit: aut ip̄os adorauerit:  
in eoz noīe imagines: anulos: speculū si/  
ue rem aliā magice ad ip̄os demones obli/  
gādos cōstituerit: aut rīsa ab eis petierit:  
excōicatus est ip̄o facto: q̄s tñ absoluit ab  
ista excōicatiōe nō exp̄mis ibidē. Secū/  
do pncipalit⁹ peccāt circa formā rei: et hoc  
dupliciter. P̄mo quādo rem ipsam q̄tū  
ad exteriorē apparentiā acceptā ⁊ gratam  
beneq; valentē faciunt: cum tamē in verita

te nō sit vt sic decipiant simplices: sic scri/  
ptores libroz inutiliū ⁊ incorrectoz: colo/  
rantes etiā aliquas species vt recentiores  
appareant: renouātes veteres pannos per  
fullones aut tinctoros ⁊ similes inuētores  
qui renouant ⁊ meliorāt diuersa: nō quidē  
fm substantiā sed tm fm exteriorē apparē/  
tiam. Secūdo x̄o qm rebus humano vsu  
necessarijs addūt multa supflua ex curiosi/  
tate: vanitate ⁊ nouitate: adinuentiōes de/  
testabiles adijciētes: vt aīos alioz alliciāt  
⁊ ad eoz cōpationē inducāt: vñ mala mul/  
ta sequunt nō solū p taliū abusionē s̄ etiā  
ppter alioz exemplū ⁊ imitationē: licz talia  
postq̄ in cōem p̄suetudinē p̄rie fuerint in/  
troducta licite portari possent: nisi subesset  
alia causa p̄nicioſa q̄prop̄ essent vitanda:  
qz dicit Tho. scda 2. q. clxix. q̄ in reb⁹ exte/  
rioribus q̄bus vtiſ hō pōt esse vitiū ex pte  
homīs vel ex inordinato affectu vtētis: vl'  
etiā ex imoderātia p cōpationē ad hoīm cō/  
suetudinē cū q̄b⁹ vinit. Ad Aug⁹. in. iij.  
p̄f. q̄ p̄ mores hoīm sunt flagicia p mozū  
diuersitate vitāda: vt pctm in se ciuitatis  
vel gentis p̄suetudiē vel lege firmatū nul/  
la ciuis vel pegrini libidine violēt: turpis  
est enī oīs ps suo vniuerso nō cōgruens: ⁊  
ideo sic ornat⁹ ⁊ cultus exterior variat fm  
diuersitatē tēporū ⁊ locoz: sic etiā debet se  
q̄s cōformare cōsuetudini t̄pis illi⁹ ⁊ loci:  
vbi saltē dispar cult⁹ ⁊ ornat⁹ scandalū ge/  
neraret: sic dicit Aug⁹. iij. de doct. xp̄iana. q̄  
talares ⁊ manicatas tunicas h̄re apud ve/  
teres romanos flagitiū erat: nūc aut hone/  
sto loco natis nō eas h̄re flagitiū est: ex q̄/  
bus oīb⁹ cōcludi pōt q̄ in illis artib⁹ q̄ sūt  
rerū necessariarū ad vitā hūanā deducēdā:  
peccāt artifices adinueniētes aliq̄ supflua  
⁊ curiosā: fm Tho. scda 2. q. clxix. qz dat  
cām efficacē incautis ad peccatū: ⁊ ē regu/  
la iuris: q̄ occasionē damni dat damnū de/  
disse videt. Hinc dicit Chrys⁹. sup Matth.  
q̄ etiā ab arte calcesutoz ⁊ textozū cetero/  
rūq; multa oportz abscindere: etenī plura  
ad luxuriā deduxerūt: necessitatē ei⁹ cōrū/  
pentes: artē male arti cōmiscētes: nā fm  
Chrys⁹. sup Matth. Eas solas oportet ar/  
tes vocare q̄ necessariorū ⁊ eozū q̄ cōtinent  
vitā nostrā sunt distributiue ⁊ cōstructiue.  
Si igit opib⁹ alicui⁹ artis vt pluries aliq̄  
male vterent: q̄uis artes de se nō sint illi/  
cite: tamē p officiu pncipis a ciuitate extir/  
pande fm documēta Platonis: sic facture  
supflue ⁊ sumptuose cortinarū lintheami/  
R ij



nū & similitū: que in triplo plus valēt ppter additionē supflua. Sic fracture vestimētorū: calcei rostrati & similia: que nulli sunt utilitatis sed impedimētū plurimū merito sunt a xp̄iano tanq̄ supsticiosa totis nisib⁹ detestāda: q̄ plerūq̄ talia pparant de sudoribus vel saltē de elemosynis pauperū quoz utiq̄ sunt oīa superflua. Hierē. ij. In altis tuis inuētus est sanguis aīaz pauperū. Tertio pncipaliter peccant circa finē intentū: q̄ q̄ faciūt in vsu ad malū finē deducūt. Ad cui⁹ euidentia sciendū: q̄ quedā artes & opationes manuales fiūt q̄ simpliciter pnciosae sunt: utpote quoz vsus est pnciosus & dānabilis: nec ad vllū vsu humanū utilis: sed tm̄ ad pnciciem corporoz vel aīaz: sicut quedam venena mortifera & ad nullū vsu humanū utilia: ut cum faciūt decios vlt̄ tabularia ad ludendū ad aleas: fucumēta ad infardandū vultus mulierū: crines adulterinos vlt̄ coloratos picturas lasciuas in cameris & lectis ac alijs locis: ferta de floribus & similia que nihil valent ad utilitatē humanā sed tm̄ ad interitū animarū: & mortalissime peccāt talia exercentes faciēdo: tenendo: dando: alienādo aut vendēdo: & oīa peccata que ppetrant occasione rerū illaz & omniū aīaz hoz occasio ne peuntū rei sunt apud deuz: ut extra de iniur. & dam. da. c. si. nec p ignorantia excusant: ex quo sciūt vel scire tenent oēs q̄ cōmuniter talib⁹ abutunt: quilibet em̄ obligat scire cū qua victū lucrat vtrū sit licita vel ecōtra: qd si nō facit nō min⁹ est culpabilis: ut dicto. c. si. si culpa. Videt enim q̄ nullus labor: nullūq̄ officii approbari debeat nisi patēter ad cōmodū hūane vite valeat. Cū enim Gen. iij. dñs dicat: In sudore vultus tui vesceris pane tuo: patēter ostendit nos nō velle laborare vel desudare: nisi in ope illo qd valet ad sustentationē vite nostre. Quedā etiā sunt artes & opatiōes manuales q̄ sunt multū indifferētes: eo q̄ his quedā vt plurimū abutunt: qdaz aut eisdē bñ vti pnt: sic sunt gladij: lancee: baliste: sagitte qb⁹ vtunt hoīes bñ vel male silt̄ quedā venena. Itē aurifrigia ac silia ornāmēta: & breuē oīa quib⁹ hoīes pnt vti licite & illicite: & i his indifferētib⁹ pncipaliter respiciend⁹ ē finis intentiōis in faciētib⁹ & vendentib⁹: nā si crederēt h̄ alicui fore necessaria vel utilia: vel etiā si animū habuerint indifferentē: siue de his nihil cogitauerint: qz rationē cogitādi sup his nō ha-

pensas recipiat. **ff. e. l. dominus:** als̄ secus.

**¶** Quintum autē ad scđm modum locandi  
scz opas suas queri potest: quo tēpore con/  
ductor locatori merces laboz suoz solue/  
re tenetur. **¶** Ad hoc respōdet **Hof.** qz serua/  
ri debet illud qd̄ inter eos actum est: si ve/  
ro non apparet qd̄ inter eos actum est: tūc  
seruandus est laudabilis mos regionis: q̄  
si etiam non apparet vel varius est: tūc ser/  
uari debet: qd̄ minimum est: scz vt soluat̄  
in fine anni: vt de re. iur. li. vj. in obscuris  
minimum est sequendū idem **Azo.** Sed hoc  
sane intelligit̄ de his q̄ p̄ducunt̄ ad annū  
quibus non est reddēda merces circa finē  
anni de necessitate salutis: nisi aliquib. ne/  
cessario indigerent: secus autē est de cōdu/  
ctis ad dies septimanas vel menses: de q̄/  
bus ait dñs **Leuit. xix.** nō remanebit ap̄  
te opus mercenarij tui vsqz mane: de quo  
patebit inferius. **¶** Scđo queri pōt vtrum  
locans operas suas faciēdas in aliqua re  
teneatur de damno illi rei. **¶** Ad hoc respō/  
det **Hosti.** in sūma in ti. de locato: qz si dā/  
num cōtigit illius culpa etiam leui: tūc te/  
tur siue fuerit culpa sua siue alioz quoz  
opera vtitur: secus si diligentīā debitā ad/  
hibuit: vt. **ff. e. si merces. §. qui calūniā.**  
Et licz d̄ damno ab alto dato non teneat̄:  
vt. **ff. e. sed de damno:** tamē tenet̄ de custo/  
dia: vt. **ff. e. qui mercedez:** nam qui p̄ sola  
custodia mercedē accipit tenet̄ etiaz de le/  
uissima culpa: sed d̄ h̄ supra in. v. sermone  
p̄cepti huius: als̄ nō tenet̄ nisi de leui culpa  
vel lata: vt si palleū meuz accepit et postea  
p̄ errorem alteri dedit: quia non toleratur  
error in facto p̄prio. **ff. e. Item si palleum.**



Similiter si vestimenta poliēda recepit et mures roserunt: tenet de culpa. ff. e. item querit. §. si fullo: et de similibus idem est iudicium. Est autem et alius contractus qui est medius inter locationem et venditionem: qui vocatur emphyteosis: quod est nomen grecum: et idem est quod melioratio in latino: nam antiquitus sterilia terre terra per hunc contractum concedebantur: quas recipientes meliorabant et meliorationes sue erant: quod postea permissum est etiam fieri de fertilibus et fructuosis: et consistit dicitur in rebus soli vel fundi. Quod autem iste contractus est medius inter locationem et venditionem sic patet quia quando talis contractus celebratur: tunc aliquid datur: sicut in venditione pretium certum datur: sed tamen differunt: quia per venditionem transferitur dominium: sed hic retinet dominus dominium: et sic videtur magis accedere ad naturam locationis in qua locans dominium retinet: et singulis annis aliquid recipit: sic et in emphyteosis: sed de hac materia quod raro frequenter tractatur gratia breuitatis supersedeo: vide de ea si placet. L. de iure emphy. et extra de locato. c. potuit: et multa ibidem in glo. vide etiam breuiter notata in summa pisana in verbo emphyteosis. Denique de locatio animalium queri potest utrum interuenire possit fraus usuraria quando committuntur animalia nutrienda: ut oues et boues porci et similia. Ad hoc respondet Alexander de alexa. in tractatu suo: quod duobus modis usuraria fraus interuenire possit. Primo modo quando lucrum quod ex tali commissione peruenit ortum habet ex mutuo: ut si quis diues mutuet alicui pauperi. c. libras ut ex eis emat boues oues et similia nutriendas ad lucrum illius qui mutuat: et illius cui mutuat tale lucrum est vitiosum: quia ortum habet ex mutuo: unde siue totum siue partem mutuo tradidit: nunquam potest ex mutuo sumere lucrum in hoc casu. Alio modo quando excluditur periculum principalis commissi a committente: siue quando committens sibi taxat lucrum in tanta quantitate quod non recopensatur labor et sollicitudo nutrientis secundum rectam estimationem. Si quis enim committit certum oues nutriendas ad lucrum: ita tamen quod certum oues semper sint salue quicquid eis contingat: vitium usure committere potest ex non equa recompensatione laboris et sollicitudinis illius cui committit: et tales dicuntur oues ferree: tunc igitur tales commissiones licite fieri possunt: quando mutuum et commissum non permissent

in talibus: sed dominium cum periculo retinet quod communiter accidere potest sine culpa illi cui committit: vel etiam quando dominium rei commissi communicatur ei qui suscipit animalia nutrienda ad lucrum: vel etiam quando periculum communicatur utriusque: et quando secundum rectam estimationem sic lucrum taxat: quod recompensari potest sollicitudo et labor et sumptus illius cui committuntur animalia. Porro Donaldus in summa ponit regulam generalem de hoc generaliter verum est: quod ubi per babiliter dubitatur: utrum conditio unius sit deterior vel alterius ex forma conditionis vel pacti adhibiti in contrahenda societate non est peccatum: ubi autem ad arbitrium boni viri et prudentis grauatur alterius conditio: peccatum est ex parte grauatis: si scienter hoc faciat: et tenetur ad restitutionem non potest tamen dari generaliter doctrina super huiusmodi traditionibus animalium propter varietatem traditionum et dolos qui sub talibus conditionibus a quibusdam excogitantur enormiter: quibus non ultra medietatem iusti precij in quo casu non solum ecclesia sed etiam priuatus quis tenetur ad restitutionem: et si non iure fore saltim iure poli: et maxime quando simplicem decipit: extra de emp. et ven. c. cum dilecti: ubi etiam dicitur in glosa: quod cum dolo datur causam contractui: puta dolo induxi te ad vendendam rem aliquam alii non venditurus: non tenet contractus: ut ff. de dolo: l. eleganter. Si vero incidis in contractum quia venditurus eras vel empturus: sed per dolum meum minus vendidisti vel plus emisti: tunc tenet quidem contractus sed agit ad supplementum residui: hoc ibi. Ex predictis autem trahi possunt multe conclusiones particulares: unum tamen casum singularem subiungam quem ponit Bal. de pusto in l. j. c. pro socio: qui talis est. Dedit oues in societate vel locationem ad quinquennium: et de consuetudine est quod in fine quinquennij diuidantur oues et fructus earum: pone ergo quod oues interim naturaliter perierunt: nunquid rusticus ad aliquid obligatus est michi? Dicitur quod in tali triplex dandum contingere potest. Primo potest interuenire dandum ex natura: et in hoc casu quod fuissent etiam picture penes me: ideo restituere non tenetur etiam si fuissent estimate: quod in contractibus non ordinatur ad dominium transferendum: estimatio non facit emptionem: ut ff. pro socio. l. cum duobus. §. danna. ff. loc. l. iij. et hoc per regulam traditam. ff. de con

de locatio  
animalium



trahen. emp̄. l. cū manu sata .s. nemo. Se-  
cūdo pōt ex fortuna ptinger e tale dānuz:  
si ergo plerūt casu fortuito cui resisti nō po-  
tuit: sic p̄i culū est cōmune: vt dicit text⁹ in  
dicta. l. s. dāna: et ideo si oues erāt estima-  
te. xx. libris: tūc rustici tenet mibi restitue-  
re. x. q: si nihil restitueret tūc totū dānū fo-  
ret vtiq; meū qd̄ eēt p̄tra textum illū in. s.  
dāna: q̄ dicit qd̄ dānū est cōmune: et ex h̄  
p̄t̄ qd̄ alie iudicam⁹ de casu fortuito et alie  
de casu naturali. Tertio deniq; cōtingere  
pōt ex culpa qd̄ si culpa rustici vel ei⁹ fami-  
lie dānū illud venerit: tunc ip̄e tenet ad  
emendaz totius quātitatis: eo qd̄ ante t̄ps  
diuidende societatz oēs plerūt et mee erāt:  
lz estimate fuerūt tradite sicut p̄dictū ē: et  
ad h̄ facit. L. de pac. l. si pascēda pecora: et  
l. dicto. s. dāna: si vero postq; oues eq̄liter  
p̄tiri debebāt: rustici culpa dānū iterue-  
nit: tūc nō tenet mibi nisi ad dimidiaz p̄cij  
p̄tez: qz in plus me nō dānificauit. Ex q̄b⁹  
p̄t̄ s̄m Bal. qd̄ si dictū dānū puenit ex na-  
tura: tūc p̄tinet ad tradentē: si v̄o ex fortu-  
na p̄tinet ad vtrūq; cōmunē: et si ex culpa  
rustici p̄tinet ad ip̄m solū. Ad laudez dei.

De contractu societatis q̄ prin-  
cipaliter variat̄ trib⁹ modis: et de  
triplici vsura: Sermo XXXIII

### Non furtuz facies.

**N** Exo. xx. Cōtractū societatis p̄-  
senti s̄mōe breui stilo p̄seq̄ volē-  
tes. Primo q̄rim⁹: vtz liceat pecuniā mer-  
catozi vel artifici p̄ modū societatis cōmit-  
tere et inde lucz recipere: p̄sertim cuz a se pe-  
cuniā magis alienat qd̄ eā mutuādo d̄niuz  
trāsfert: q̄ qd̄ eam mercatozi vel artifici cō-  
mittit: s̄ nō lz inde lucrū recipere q̄ nec i isto  
casu. Ad h̄ r̄ndet sanctus Tho. sc̄da. 2. q. 1.  
lxxviiij. qd̄ ille qd̄ mutuat pecuniā: transfert  
d̄niuz pecunie i eū cui mutuaf: et q̄ mutu-  
um recipiēs tenet pecuniā s̄b suo piculo: et  
tenet ad integrā restitutiōez: et ideo qd̄ mu-  
tuauit potest exigere aliquid vltra sortē:  
sed iste qd̄ pecuniā suam cōmittit mercatozi  
vel artifici p̄ modū cuiusdā societatis: nō  
trāsfert pecunie d̄niuz i socium s̄ remanet  
ei⁹: ita qd̄ cū piculo ip̄i⁹ soci⁹ ei⁹ de ea mer-  
cat̄ vel opaf: et ideo licite pōt p̄tē lucri in-  
de pueniētis expectare tāq; de re sua ser-  
uata debita equitate inter vtrōsq;: est enī  
societas q̄dam fraternitas: vt. ff. pro soc. l.  
verum: et ideo impiū et fraterne charitati

cōtrarium esset: qd̄ iter eos cōmitteret tur-  
pe lucrum vel etiā vsura: qd̄ fit q̄cūq; nō  
seruatur equitas inter socios. Ad cui⁹ eui-  
dentiā sciendū: qd̄ cōtractus societatis tri-  
pliciter variari pōt. Primo modo qū sunt  
duo quoz vnus ponit pecuniā tm̄: et alter  
ponit tm̄ operā corporalē: vt. ff. p̄ soc. l. v.  
.s. j. de qd̄ ponat̄ casus: qd̄ qd̄ ponit i socie-  
tate opam tm̄ et alter ponit. lx. coronas ad  
tertiā p̄tē lucri et dāni: s̄ ē ad dānū et lucrū  
ponit. xx. coronas. xl. coronis semp̄ rema-  
nētib⁹ saluis: tūc nisi ille qd̄ ponit opam re-  
cipiat mercedē laboris quē sustinet p̄ com-  
mertio. xx. coronaz: q̄p̄ lucrū et dānū ad  
illū spectant qd̄ pecuniā dedit talis qd̄ dedit  
eā vsurari⁹ est: cuius rō est: qz. xl. coronas  
mutuauit mercati p̄ cōmertio. xx. corona-  
rū p̄tinētū ad lucrū et dānū cū receptu-  
rus sit. xl. coronas que non stant suo picu-  
lo sicut illius qd̄ opam gerit: ergo deberent  
eque bene viginti corone stare ad lucrū il-  
lius qd̄ operam ponit: nā pueniēs ē qd̄ emo-  
limentū habeat is qd̄ habet et onus: alioq̄n  
qui pecuniā dedit p̄. xl. coronis nihil ha-  
bere debet ad similitudinē mutuanti⁹ qz  
ratioe mutui nihil vltra sortem recipere pōt  
nec seruare h̄ equalitas socialis: qz si pe-  
cuniam recipiens postq; merces emit eas  
perderet. xl. coronas et operam corporales  
perderet: cum tamē collator pecunie nihil  
perderet nisi tm̄ viginti coronas: et sic non  
esset contractus licitus sed in fraudez vsu-  
rarum fieret. Hic queri potest: ponatur  
casus qd̄ in diuisione societatis que quan-  
doq; fit post lōga tēpora et lōgos labores  
qd̄ non inueniat̄ nisi capitale salariū: vtrū  
totuz illud capitale debeat habere qui po-  
suit vel debeat equaliter inter vtrūq; diuis-  
di: dicendū qd̄ de hoc sunt diuerse opinio-  
nes: dicit enī glo. L. p̄ soc. in. l. j. qd̄ equa-  
liter diuidi debeat nisi in contractu aliud  
actum sit: qd̄ ostēdit glo. p̄ tres rōnes que  
breuitati p̄sulens p̄termitto quā p̄tē tenet  
glo. de iure. De p̄suetudine aut̄ dicit qd̄ ca-  
pitale debet esse saluum ponenti: et si ē ita  
p̄suetum itelligit̄ etiam tacito hoc actū qz  
p̄suetudo in tacitū pactū deduci videt̄. ff.  
soc. l. licz. Dicūt t̄m Jac. cob⁹ de arena et Frā-  
cis. de pla. et veri⁹ qd̄ nō solū de p̄suetudine  
s̄ etiā de iure est qd̄ capitale adhuc maneat  
saluū ponenti: q̄re enī socius me⁹ debet h̄re  
pecuniā meā: et si tu dicas qd̄ ponit opam:  
r̄ideo qd̄ p̄ctū ope itelligit̄ correspōdere i-  
trusorio pecunie non aut̄ ip̄i sorti: et ideo si



vnus ponit comoditatem ope: eadē alter ponit comoditatē pecunie: nō autē proprietatem. *¶* Done casū q̄ vn⁹ ponat. x. milia: alter vero ponat opam tm̄: tūc nō pōt ibidez eē aliq̄ pportio nisi de comodo ope ad comodū pecunie: non autē ad ip̄az totalē sortē: qd̄ tm̄ expressius patz qm̄ ponit in societate species ex vna pte putavacce vel oues ⁊ ex alia parte opa pastoralis: tunc inter illa tm̄ comoda ⁊ damna in obventionibus sunt comunia nō autē ip̄m pecus: vt patet ff. p̄ soc. l. si duob⁹: in. s. si coeunda: sic q̄ tenendum est: q̄ in dubio potius intelligitur in societate positus vsus rei q̄ ip̄a res: nā si oues dant in societate: tūc fetus: lana: lac ⁊ huiusmodi sūt comunia: sed nō oues in societate tradite: verum est etiam q̄ licz capita p̄ncipalia mortua sunt: tm̄ societas in fetibus durat: vt. ff. de pigno. l. grege. i. p̄n. qd̄ autē dixi oues in societate traditas non esse comunes: intelligēdū ē sane q̄ capitale meū non est comune: verbi gr̄a tradidi. c. oues: tūc quātuz estimabant p̄tūc in p̄cio ante oīa detrahā tanq̄ capitale meū: qd̄ aēt accrescit puta fetus: lana: lac ⁊ c. diuident tanq̄ inter socios. Sed tunc queri potest si ip̄m capitale pditum est seu diminutū aduersa fortuna: vtrū is q̄ ponit opam aliquid teneat p̄ferre ei qui capitale posuit ⁊ pdidit v̄l diminutū recepit. Ad hoc r̄ndet Franciscus de pla. q̄ quaten⁹ ē comune lucrū eaten⁹ est comune dānum ⁊ nō aliter: nā si p̄tracta est societas ad ptez dāni ⁊ lucrī: tūc indistincte tenendū est qd̄ dānū est comune: nec pōt p̄queri qd̄ pdidit opam manualē: nā ⁊ ali⁹ pdidit intrusorū pecunie sue: ⁊ hec ē etiā opinio Baldi. Si nō sic ē p̄tracta societas q̄ opaz ponēs nihil lucraret de capitali: etiā si tm̄ remaneret capitale: tunc etiā nō est obligat⁹ ad dānum sortis: sed ei sufficit dānū opaz suarum amissarū: ⁊ hoc p̄tz: qz correlatiuoz eadem est natura: ideo sicut de capitali nihil lucraret opam suam ponēs: sic etiā de capitali nihil damnicet. Si nō lucraret: tūc etiā recte dānicari deberet: quia de p̄tractis eedē regule dantur vt. l. de furs. l. manifestissimi. s. si cum in scda: vbi dicit text⁹ qd̄ vbi ē periculū ibi ⁊ lucrum: hec Bald⁹. Dicunt tamē qdam qd̄ si pecunia est pdita post opas exhibitas: tunc sufficit dānum opaz: si vero statim est pdita scz ante opas p̄stitas qd̄ tūc dānū debet esse comune: ⁊ hec est opinio *¶* De quā vnus esse di-

cit equiorē: qd̄ verum est: p̄sertim si culpa recipientis pecunia pdita est: si tamē societas est cōtracta ad ptem equalē lucrī ⁊ dāni: tunc illa seruāda est: qd̄ si non apparet q̄ liter p̄tracta sit: tūc intelligit⁹ p̄tracta s̄m cōsuetudinem regionis: ⁊ iter mercatores intelligit⁹ s̄m cōsuetudinem mercatorū: vt i auten. de fideius. s. si. et. l. de fidelis. l. si. Si deniqz pecuniam mercatori dans in societatem: secū puenit qd̄ det sibi certaz partem de lucro: ⁊ nihil dicit de damno: tunc si talis intendit habere lucrū ⁊ non sentire dānū vsurarius est vt patz extra d̄ vsur. c. cōsuluit: quia lucrū querit de mutuo interptato ex quo periculū ⁊ p̄sequens dōminū pecunie trāstulit in recipientē: si vero simpliciter intendit p̄cipare lucrum ⁊ dānū licz de damno nihil exp̄ssit: tunc ē cōtractus licitus: ⁊ licz de damno nihil dixit: tamen intelligi debet etiam de damno sicut cōuentio facta fuit de lucro: vt patet insti. de socie. s. illud. Secūdo modo fit cōtractus ita qd̄ vnus ponit pecuniā ⁊ operam: alter vero tm̄ ponit pecuniā vel operam: et in hac societate similiter ē equitas seruāda: ne quid ex aliqua pte fiat in fraudem vsuraz. Si igit⁹ alter tm̄ apponit operam tunc q̄ri pōt vtrū pecuniā recipiēs ad mercandū: pacisci possit cum eo qd̄ illam sibi tradit: qd̄ in fine velit habere. xx. firma p̄ labore ⁊ industria: nolens in eis sentire dānū aliq̄ absqz vitio vsure. Ad h̄ dicēdum qd̄ sic: sed tunc est p̄tractus locatiōis non societatis: quia tūc opas suas p̄ talē p̄cio locat: ⁊ tunc nihil sentiet d̄ lucro: posset etiam pacisci qd̄ multū plus recipet sine dāno: quia tanta pōt eē illius industria et tanta interuenire picula qd̄ plus conferret societati q̄ ip̄a pecunia v̄puta si solus nauigaret vel solus pegrinaret ad terras longinquas: vt. ff. eo. ti. si nō fuerūt. s. j. ⁊ tūc ex pacto nō sentiret partem dāni ⁊ tamē p̄ciparet in lucro: sed tunc illa recipet nō vt socius sed ratiōe salarii sui. Si nō alter tm̄ apponit pecuniā: tunc illud reduci pōt etiam ad cōtractum cōmissionis qui cōtractus etiam quedam societas dici pōt. De quo queri potest vtrū cōmittēs pecuniā suam bone fidei alterius mercatoris v̄l artificis: vt inde iuste lucretur: ⁊ i lucro partem habeat: hoc facere possit absqz vsure vitio. Ad h̄ r̄ndet Alexā. d̄ alex. in tractatu suo: qd̄ talis cōmissio pecunie fieri pōt duob⁹ modis. Vno modo qm̄ fit trāstatio



pecunie siue rei commissæ in toto vñ in parte in dñum illius cui committit: tñc p pecunia sic commissæ nō licet aliquid sperare: sic nō licet alicui sperare lucrū de re non sua: qz mutuū est t p psequēs aliqd inde sperare nō licet p̄hibente dño. Luc. vj. Mutuū date nihil inde spe. Scdo mō fieri pōt commissio pecunie vñ alterius rei: ita tñ q ipa res maneat in dominio committentis: t tall mō p̄mittēs rē suā sperare pōt lucrū tanq̄ dere sua: qz tunc pecunia vel alia res commissæ ē mercatori sicut aliqd seruo vñ ministro p̄mittit: qz negociat̄ de rebus dñi sui ad vtilitatē eiusdē: t per cōsequens qd̄ excrecit sorti sicut rei pprie iusto titulo possidet: nec est simile de mutuo t commissio: qz ī mutuo stat pecunia piculo recipientis: sed in commissio stat piculo committētis ex q̄ lucy licitū reddif. Verūtñ oportet q̄ tota pecunia sit commissæ: alioqn si partim eēt commissæ t partim mutuo data: tunc posset ibidē late re vitium vsure: exempli gratia: Si q̄s alicui committit centū coronas: ita q̄ mediā partem illi mutuet t aliā mediā partem suo dominio retineat ponēs illū ad ppriū dñū vñ piculum t lucrū tñc enī incurrit vsure vitium: qz nō solū sperat lucrū ex re commissæ s̄ etiā ex re mutuata p̄pter quā sibi vendicat operas illaz. l. coronaz: t sic p̄ psequēs ex mutui adiectiōe vitium in toto cōtractu generatur. Ad cui⁹ euidentiā dicit Richar. in liij. di. xx. q̄ in commissiōe talis pecunie committi pōt vsura quadrupliciter. Primo qñ capitale t lucrū ponunt sub certitudine: ita q̄ nec de capitali nec de lucro taxato velit sentire damnū: t d̄ hoc nō est dubiū qñ sit vsurariū: qz in hoc casu stat ipa publica vsura. Secūdo qñ capitale ponit sub certitudine t lucrū sub fortuna: qz p̄tract⁹ simiter ē vsurariū siue directe siue indirecte siue explicitē siue implicitē: sicut plane patz in bestijs q̄ tradunt tanq̄ imortales. Tertio quādo lucrū ponit sub certitudine t capitale sub fortuna: cui⁹ exemplū ponit eē de vsur. c. nauigati vel eunti ad nūdinas: certā mutuās pecunie quātitatē: p̄ eo q̄ suscipit in se periculū: recepturus aliquid vltra sortem: vsurari⁹ ē censend⁹. Glo. ibidē: qz iste recipiebat in se periculū: videbatur q̄ qñ quadā cōpensatione licite aliqd vltra sortē recipe posset: eo q̄ piculū pecunie mutuate p̄tinebat ad debitorem cū sua facta fuisset: s̄ nihilomin⁹ ē vsurari⁹: s̄ ibi. Nimirū cū in mutuis veris vñ interpretatis

spe lucri p̄ncipaliter factis dubiū seu periculū a fenore nō excusat vt supra declaratū ē. Insup in dicto casu raro accidit q̄ pecunia sic mutuo accepta pereat: nisi fuerit culpa vel negligentia illi⁹ qui pecuniā accepit: t ideo q̄ sic mutuo dat pecuniā hz in fauorē suū illd̄ quod sept⁹ accidit: nec habet p̄tra se nisi q̄ rari⁹ accidit. Nō si obijcitur illud qd̄ ponit. l. de nauitico fenore. l. j. scz talē cōtractū ab obseruatione cōiuz vsurarū esse liberū. Dicēdū q̄ licet non sit cōis vsura tñ est vsura. Hinc glo. sup illud vñbū cōmuniū vsuraz: dicit: s̄ nō cētēsimarū: qz licet sit liber contractus a cōi. vsura. tñ nō ē liber ab vsura centesima. Pro quo sciendū est: q̄ vt tangit eē de excels. pla. c. inter dilectos: in glo. triplex ē vsura. Prima dicit vsura cōis t ē illa q̄ in die vel in septimana vñ in mēse excedit sortē: sicut p̄z ibidē in textu de clerico ludente ad taxillos q̄ p̄cessit socio. xj. vñ. xij. t sic prima die potuit excedere. Scda dicit vsura centesima t ē illa q̄ excedit sortē in anno. Tertia dicit vsura septupla vñ sexagesima: t ē illa q̄ excedit medietatē sortis infra annum. Quarto qñ ponit vtrūq̄ sub dubio t fortuna: t tñc accipiens vltra sortē aliqd non tenet restituere: qz ratio verisimilis dubij p̄tractus h̄mōi excusat: vt patz eē de vsu. c. nauiganti. s̄ illo quoq̄. Preterea ponatur casus q̄ quidā mercantias exercēs in francia cū alterius pecunia: accipiat ibidē mutuū noīe dñi sui domino suo nihilomin⁹ ignorāte lucreturq̄ cū tali pecunia: q̄ r̄is cui⁹ erit illud lucrū. Ad h̄ r̄idet Sco. q̄ talis tenet reddere fruct⁹ domino p̄ncipali sicut lucrū de pecunia ppria: nā eodez modo transit in dominiū vsus talis pecunie mutuo accepte in dñm p̄ncipalē: sic etiam p̄tinet ad eū dominiū vsus de ppria pecunia: qd̄ sane itelligit qñ dñū talis mercatoris in detrimētū caderet dñi p̄ncipal: puta qñ ille q̄ mutuū accepit paup̄ esset: t si p̄deret eam creditorib⁹ restituere nō posset: qz si diues esset t nō intēderet ex dāno p̄ueniente dñm p̄ncipalem damnificari: s̄ ideo mutuū accepit sub nomine dñi sui: qz sub noīe suo tale mutuū nō inueniret: tñc in tali casu nō obligaret ad restituendū: quia tñc vsus talis pecunie nō transit ī dñm p̄ncipalem: nisi tñc nomine t nō re: hec Sco. in quodam tractatu suo. Tertio modo fit contractus inter socios ita q̄ qmbo pecuniam t operam ponunt in societa



tem: licet vnus aliquando plus ponit de pecunia vel opera q̄ alius: et tunc lucrum eorū esse debet equale: nō quidē equalitate quāritatis sed p̄portionis: si nihil aliud exp̄ssum erat in contractu. p̄dote est etiā fieri pactū q̄ vnus recipiat quartā p̄tem lucrī et alius tres p̄tes s̄m p̄portionem pecunie vel industrie: verūtānē oportet etiam in hoc p̄tractu equitatē seruari ne fiat aliquid in fraudē vsurariū omnib⁹ circūstantijs debite cōsideratis: vt iudicio p̄bi et experti viri verisimiliter dubitet: cui⁹ partē cōditio potior iudicet vel saltē vt nō appareat notabilis excessus: et absit intētio corrupta q̄ maxime in talib⁹ ē inspiciēda: p̄sertim h̄ tpe cū omnes querūt que sua sunt et iō dicis Ecc̄i. xxvj. Due sunt spēs rerum sc̄z que difficiles sunt ad hoc vt in eis viteatur p̄ctm̄. q. d. quedā sunt officia in quib⁹ defacili p̄ctm̄ incurrit et vix p̄ctm̄ euitatur et infra subdit dicens: difficile exiit negocians a negligētia. Alia l̄ra habet a mēda ci crimine: vel glo. i. a despectu dei: qz deū p̄temnit quādo veritatem et equitatē contemnit: et caupo a peccatis labioꝝ: et iō hec duo genera hominū periculosū vitam ducunt nisi se firmauerint diligentissime ī dei timore. Ad laudem dei omnipo.

*ereffe*  
Quō licet pacisci pro interesse damni emergentis de p̄terito p̄senti et futuro: ita q̄ q̄s nō incidat in cōtractū vsurariū: Ser. XXXV.

### Non furtū facies.

*n* Exo. xx. Ad dilucidationē eorū q̄ dicta sunt et dicēda: p̄senti sermone tractandū est de interesse quō pōt in p̄tractib⁹ admitti et quō non.

*n* Est autē interesse s̄m doctores quedā euitatio dāni vel recōpensatio damni. Querri potest igit̄ p̄mo: vtz p̄ interesse. i. pro occurrenti dāno euitādo: liceat pacisci cum alto: recipere aliquid vltra sortē absq̄ vitio vsure. Ad h̄ r̄ndet sanct⁹ Tho. sc̄da 2. q. lxxviii. q̄ talis absq̄ peccato pōt in pactū deducere cū alto q̄ mutuū ab eo recipit dāni recōpensationē: p̄ qd̄ sibi subtrahit aliquid qd̄ habere debet: qz hoc nō ē vendere vsum pecunie v̄l mutuū s̄ dānū euitare: recōpensationē tamē dāni qd̄ p̄siderat in hoc q̄ de pecunia nō lucret: nō pōt in pa-

ctū deducere: qz nō debet id v̄dere qd̄ nō dū habet et multipliciter īpediri pōt ab habēdo. An potest ab h̄mōi pacisci tripliciter p̄ interesse dāni emergentis. P̄mo pactisci pōt p̄ interesse dāni emergentis de p̄terito et hoc p̄cipue in q̄nq̄ casib⁹. P̄m⁹ est cū fideiussor p̄ debitoris defectu p̄pulsus ē p̄ iuramentū v̄l al̄s soluere creditor vsurā et capitale: tūc em̄ a debitori repetet eā et oīa dāna q̄ occasione debiti habuit repetere potest a debitore: quia fideiussor seruari d̄z indemnis: vt patz ē de fideiuss. c. j. et. ij. et de fo. compe. c. si. li. vj. Concordant Tho. Ray. et Alex. de hales: q̄ addit q̄ recte aduertenti in tali cāu nō ē vsura: qz fideiussor nō attendit accipere vltra sortē: de q̄ casu elegantissime tractat Jo. an. ī mercu. de reg. iur. in regula. p̄ctm̄ nō dimittit. li. vj. et simile ē si mutuās incurrit damnum ex eo q̄ is in assignato termino non reddidit q̄ mutuū accepit: vt ē de fideiuss. c. puenit: sed de hoc postea latius videbit̄. Secundus casus ē quādo occasione more creditor dānū incurrit: exempli gr̄a. Debes mihi centum ad certū terminū ac in termino soluere nolūisti: p̄pter quod me oportuit accipere pecunias ad vsuras: tūc em̄ teneris mihi soluere illas: quod verum ē si tibi p̄dixi q̄ casu quo nō solueris oporteret me recipere ad vsuras: eo q̄ aliter mutuū nō inuenirē nisi per vsuras: nam si aliquo modo euadere poteram sine damno meo non obligaris mihi ad interesse: alioquin obligares mihi ne dispendiū patiar: vnde v̄deoꝝ p̄mū meruisse: vt extra de fideiuss. c. peruenit: et. c. constitut⁹. Ceterū s̄m Bal. C. de vsu. l. vsuras. P̄one q̄ em̄ a Petro lapides vel ligna et similes res ex quib⁹ naturaliter nō p̄cipitur fructus: et vt p̄ctū soluerē illud accepi mutuo sub vsuris: ac solui illas res vendenti: sed t̄pe non tradidit mihi res illas fuitq̄ in mora nō tradendū: nūquid tenet̄ mihi reddere vsuras illas? Dicendū q̄ sic tanq̄ interesse: et ad hoc habet notabilis textus. ff. de ac. emp. l. lucius titius: s̄m vnā lecturā: et idē dicēdum ē in similibus cōtractib⁹: puta in locationibus et conductionibus: hec ille. Terti⁹ casus tangitur extra de vsu. c. cōquestus: in glo. que talis est: Vendo tibi p̄diū et trado ac inde p̄cipis fructus cū tamē ad terminū p̄fixum mihi p̄ctum nō soluis: tūc potero elapso termino petere recōpensationē: quia fructus rei vendite vendicas t̄



bi: cum tamē p̄cium illius nō soluit mibi  
 ⁊ ait glo. hic nō accipitur aliquid sicut vsu  
 ra sed sicut interesse. Et quando dicitur q̄  
 vsura ē quicquid sorti accedit: intelligi ha  
 bet in mutuo: v̄l quando aliquid exigitur  
 in fraudem vsurarū: aut quando aliqd̄ ex  
 pacto exigit: vel quādo fit causa lucri acq̄  
 rendi: nō cā dānt vitādi: quia si p̄cise fiat  
 causa damni vitādi nō vtiq̄ est vsura: nā  
 licet talis res sit vendita: sed nō soluta nō  
 posset a venditore repeti: tamē fructus ei⁹  
 recipere posset postq̄ contra volūtatē suam  
 res vendita detinetur. Quartus casus po  
 nitur in eadē glo. dicti. c. cōquestus: qui ta  
 lis est. Vendo tibi p̄dium tali pacto: q̄ quā  
 docūq̄ solvero tibi p̄cium illius p̄dij in  
 p̄stitum p̄dium illud a me reuertat: tunc  
 in tali casu si iustum fuit p̄cium lucriat emēs  
 fruct⁹ illi⁹ p̄dij interim p̄ceptos. Aboletur  
 enim in hoc casu vitium vsure p̄pter vendi  
 tionē rectā ⁊ equitatez iuris naturalis  
 seruata inter ementē ⁊ vendētē. Quintus  
 casus est in contractu locationis in q̄ lici  
 te p̄cipit locans aliquid supra sortē: ⁊ qua  
 re hoc in mutuo fieri nō potest dictū est su  
 pra. **B** Secundo principaliter pacisci po  
 test aliquis p̄ interesse damni emergentis  
 de p̄senti: de quo ponit casus: in. c. salubri  
 ter: extra de vsur. ex q̄ possūt elici p̄les alij  
 casus vbi dicitur: Sane generū ad fruct⁹  
 possessionē qui sibi a socero suo sūt pro nu  
 merata dote p̄gnori obligati: computan  
 dos in sortem nō credimus compellenduz  
 cū frequenter dotis fruct⁹ nō sufficiūt ad  
 onera matrimonij supportāda: hoc ibi. Ex  
 quibus verbis habetur q̄ licet fruct⁹ talis  
 possessionis a genero p̄cipiuntur q̄ posses  
 sio sibi tradita est intuitu pecunie a socero  
 suo in cōtractu matrimonij p̄missa: sed ad  
 hoc detēte: tamē nō reputant vsura: quia  
 traditio illorū reddituū nō habet p̄rie ra  
 tionē mutui sed potius quandā recompen  
 sationē subleuatōis oneris p̄lugalis: que  
 pueniret ex dote soluta: ⁊ sic interim stat  
 vice dotis: ⁊ quasi p̄ dote: ⁊ sic fruct⁹ do  
 tis ei merito cedunt p̄pter onera matrimo  
 nij supportāda. *l. de iur. dot. l. p̄ onerib⁹:*  
 verū tamē ad hoc q̄ maritus lucret⁹ fruct⁹  
 rei dotalis: requirit q̄ sustineat onera ma  
 trimonij. *ff. de excep. doli. l. pater. in prin.*  
 Requiritur inq̄ q̄ possessio rei dotalis sit  
 tradita. *ff. so. ma. l. de diuisione.* Fruct⁹ em̄  
 p̄cepti ante matrimoniū restituunt mulie  
 ri: nec cedunt lucra marito. *l. de vsu. l. vi.*

deamus. *h. ante hec: in glo. dicti. c. salubri  
 ter.* Hosti. autē de hoc casu aliam assignat  
 causam vt scz dos mulieri salua p̄maneat.  
 Dicunt tamē quidam q̄ si fruct⁹ superant  
 onera matrimonij: nō potest de eis recipe  
 re maritus nisi quātū se matrimonij onus  
 extendit: qz cessante causa cessat ⁊ effectus  
 extra de appel. c. cum cessante. Secundus  
 casus elici potest ex isto qui talis est. *Do  
 ne q̄ gener nō recipit pign⁹ sed cautionez  
 de numerāda dote certa die: ⁊ interi ex pa  
 cto suscipit certos denarios p̄ vnaquaq̄  
 libera: nunqd̄ vsurā cōmittit: ⁊ videtur q̄  
 nō: vt patet argumētū in p̄allegato. c. salu  
 briter.* Tamē *Job. an. tenet cōtrariū: ⁊ re  
 spōdet ad textū illū q̄ loquitur de fructu  
 submissio iudicio dei ⁊ fortune: ⁊ ad ratio  
 nē textus dicit responderi p̄. c. p̄vestras lit  
 teras: extra de dona. inter vi. ⁊ vxo.* Pro  
 quo bene facit qd̄ ibidē legitur in vltima  
 glo. ⁊ hoc est securius. Tertius casus elici  
 endus est: si gener habēs sibi talē posses  
 sionē obligatam: totū ius possessionis illi⁹  
 quod habet in aliū transferat summa pecu  
 nie que ei p̄ dote p̄missa fuerat ab eodem  
 recepta: vtrū talē possessionē recipiens lu  
 crificare poterit fructus p̄ceptos sicut ge  
 ner: vsq̄ dum soluta fuerit antedicta pecu  
 nia? Ad hoc respondet *Bo. doñ. q̄ si gener  
 animo danādi trāssert totum ius quod ha  
 bet in pignore in talē: nō quidem p̄pter cō  
 tractū pecunie ab eodē accepte: sed p̄pter  
 amicitiam affinitatē vel huiusmodi: ⁊ al  
 ter numerat sibi pecuniā p̄pter gratiam ⁊  
 dilectionem: nō autē ad lucrificēdos fru  
 ctus: tunc nō esset vsura: qz vera ratio mu  
 tui nō est ibi.* Aboletur enim vsure vitium  
 p̄ hoc q̄ gener gratis sibi p̄cedit ius quod  
 habebat in possessione ⁊ p̄ p̄sequēs sibi cō  
 donat fruct⁹ q̄s ip̄e p̄cipere poterat: verū  
 tamē raro reperitur tam pur⁹ affectus in  
 ter amicos: ⁊ iō difficile est talē mutuantē  
 ab vsura tueri: nam si in pactum fuit dedu  
 ctum q̄ gener numeranti pecuniā redde  
 re teneatur: si ip̄e voluerit vsura est: si nu  
 merans pecuniā lucrificare vellet: fruct⁹  
 ⁊ p̄pterea mutuant. Et idē casus dici p̄t:  
 si gener possessionē sibi obligatā ⁊ ius ei⁹  
 alteri vendat p̄ p̄cio totius dotis: tūc em̄  
 alter fruct⁹ dotis p̄cipiens nec onus matri  
 monij illius sustinēs excusatur: ex eo q̄ ex  
 amicitia spōse ⁊ absq̄ fraude intētōis cor  
 rupte redditus illos emit p̄dicto modo.  
 Quartus p̄inde casus eliciendus ē iste: po



ne q̄ maritus habēs possessionē sic obligatam interim moriat: nūquid heredes mariti p̄uilegiū habebunt mariti? de quo dictū est in p̄mo casu scz q̄ nō teneant cōputare fructus in sortem sicut nō tenebat maritus: et hoc p̄sertim q̄diu relictā alere obligant: cum nō teneant restituere dotē vsq̄ ad annū post mortē mariti sui. *L. de rei vxo. ac. l. vna.* Ad hoc *Jo. an. post Hosti.* in dicto. c. salubriter p̄ illā rationē q̄ redditur de onere p̄lugali arguit q̄ sic: tandem tamē determinat cōtrarium: eo q̄ in h̄ cāu ratio est diuersa ab illo: naz heredes se statim expedire possunt de muliere reddēdo illi pign⁹ vel rem obligatā q̄ quidē maritus non potuit. *Præterea:* qz soluto matrimonio definit esse dos: et s̄m *Bal.* mutatio ne p̄sone mutat p̄uilegiū quottiēs est immediata causa ip̄ius p̄uilegij: vt. *L. de impo. l. u. de. l. licitatio. §. si. ideo heredes mariti nō p̄sequūf idem p̄uilegiū.* Quintus deniqz casus eliciend⁹ est iste: ponat q̄ soluto matrimonio mariti heredes obligant mulieri p̄fatam seu aliā possessionē p̄ dote sua: quia nō habent vnde soluāt: nunquid fruct⁹ applicabunt in sortē. Ad hoc dicendū q̄ sic. *ff. de solu. titi.:* et cōputet sibi mulier qz nō recepit insolūtū. *Idē enim est eadem ratio in p̄mo et secūdo casu: et ideo nō est idē ius qz marit⁹ sustinet onera m̄ri uonij et nō vxor: hec notāt Berni. Inno. Host. et Antho. de butrio: in dicto. c. salubriter: sit ergo cauta mulier ne recipiat rem in obligationē sed faciat eam distrabi v̄l recipiat insolūtū. ff. de regu. iur. l. pio. alioquin fruct⁹ cōputandi sūt in sortē. Idē incōuenienter tamē dici posset s̄m quosdā q̄ si mulier nō esset sufficiēs habere talē cautelam et nō sit sibi soluta dos post interpellatiōez legalē debeāt alimēta suscepta p̄ mulierez p̄putari in interesse nō solute dotis suo die et nō in sortē: maxime si ip̄a mulier aliunde nō habet bona sicut frequēter p̄tingere solet: p̄mū tamē est securius. Tertio p̄ncipaliter pacisci pōt aliquis p̄ interesse damni emergētis de futuro: et de hoc ponunt casus sup̄ius vbi agitur qualiter p̄pter tempus licitū sit rem plus vendere vel minus emere q̄ valeat tpe contractus: quādo scz nō ex malicia p̄trahentiū sed ex p̄pria natura cōtractus id p̄cedat. Sunt et alij casus quorū p̄mus est iste: ponat q̄ aliquis mercator habens centū coronas ex quib⁹ erat p̄ se vel per alium mercaturus aut aliqua*

quecūqz lucrosa emptur⁹: rogat⁹ instante p̄ce amici sui sola pietate et necessitate ductus easdē amico tradit indigenti. Queritur ergo vtz exigēs ab amico lucroz ex pacto qd̄ deductis expēsis laborib⁹ et periculis ex his denarijs sibi p̄babiliter puenisset vsurā p̄mittat. Ad h̄ dicendū q̄ talis cōtractus licit⁹ esse videt⁹ iudicio magnoz doctorum: p̄ eo q̄ nō tradit sibi solam simplicis pecunie rationem: sed etiā tradit sibi capitale: siue id q̄ lucrabat⁹ necessaria vite: et ideo potest inde recipere lucz qd̄ mercādo p̄babiliter inde puenisset si p̄pter illō p̄cise negociationē suam q̄tū ad hec p̄termisit. *Idē autē hoc licitū sit triplex ratio dari potest. Primo* nanqz licitū est ratioe pietatis et equitatis: piūm est enim et equūm in necessitate subuenire amico: cū h̄ dicitur lex nature. *Insup nō est iniquū si ratio capitalis quā mutuās iam in intentione expressa et quasi in facto habebat sibi seruetur indemnitas: quod sane intelligit⁹ nisi talis mutuās in illo casu teneretur ex necessitate p̄cepti mutuare p̄ximo etiam cum dispēdio p̄prio: de quo sup̄ius latius patet vbi dicit⁹ q̄ in debito mutuandi de necessitate p̄cepti: consideranda est facultas substantiam habentis et indigentia mutuū postulantis: et hoc s̄m triplicē gradū in vtroqz. Si ergo talis obligat⁹ est ad mutuandū ex necessitate p̄cepti: tunc nō potest de mutuo tali suscipere lucz p̄pter duo. Primo quia contra p̄ceptū ē de mutuo dando: dicente domino. *Lu. vj. Date mutuū nihil inde spe. vnde quodāmodo venderet charitatē: quia dum obligatus est ex fraterna charitate facere mutuū: si recipit premium vendit quodāmodo charitatē. Secundo:* qz si mutuū recipiens in tali necessitate tūc impiū esse videtur q̄ per acceptionē huiusmodi lucri cogat illū ad maiorē necessitatē deuenire. Si tamē mutuās ex mutuo alteri p̄stito nō puū damnū incurreret: tūc ratione damni emergentis interesse recipere posset nisi mutuū recipiēs esset in extrema necessitate. *Concor. Antho. de butrio.* Secūdo licitū est ratione indemnitas ip̄ius mutuantis dū illi cui mutuū dedit nō erat obligat⁹ ad mutuandū ex debito fraterne charitatis. Ad cuius intellectum queri potest: vtrū tenens mutuū v̄l debitū ultra tempus legitimū a creditore p̄concessum: restituere teneat totū interesse dāni: et etiā lucri qd̄ p̄babiliter inde puenisset: p̄fer*

*detenente mutuo vel debito  
ultra tempus concessum*



tim si illo fuisset usus tanquam capitali suo: quia tunc respectu talis videtur assumere rationem capitalis. Ad hoc dicendum quod omnis periti in se communiter concordat: quod extunc tenet ad totum interesse damni puenientis ex hoc creditori: quod sane intelligitur si ex culpa debitoris defectus solvendi pueniat. Ubi namque sit impotens ad solvendum absque omni culpa sua non tenet ad illam restitutionem. De qua materia videbitur infra: ubi dicitur quando quis obligatur ad faciendum restitutionem: verum tamen licet ex culpa sua defectus solutionis puenit: non tamen tenet ad totum lucrum quod extunc creditori probabiliter puenisset si eam habuisset: quia favorabilior est causa damnum vitantis quam lucrum captantis: sed iudicio peritorum sobrii lucrum exigere potest tamen subtrahendo quantum pensanda est dubietas lucris et perditionis ac aliorum contingenti. Et inde est quod quod pecuniam mutuatur: si occasione illius mutui labores sustinuit itineris vel alius de re pignora: potest tantum recipere fructum quantum sibi satisfiat: secundum Anthonium de butrio. extra de usu. in in. coquestus: et ex hoc alij casus consimiles colligi possunt. Istud tamen non est predicandum propter maliciam populi: sed in confessionibus persiliandum: qui casus sane licitus intelligitur si creditor secundum statum et personam tali lucro mercantie inuigilasset: eo quod difficulter care re posset: nam si ex illa pecunia non fecisset: nec facturum fuisse supponitur unde lucrum aliquod consequi posset: utpote quia pro certo supponitur quod eam simpliciter expendisset seu in archa seruasset: tunc ad nullum interesse lucris debitor obligatus est. Et simile dicendum est si creditor minori incommodo potuit carere quam debitor dare: aut etiam si exposuisset negocium lucratiuis potest ex cupiditate quam etiam necessitate puidendi sibi et familie secundum statum et personam. Etiam quidam excipiunt debitum usurarium: id est quod quis ex usuris lucratus est: et hoc triplici ratione. Primo ratione voluntarij: quia usura data fuit voluntaria non quidem simpliciter sed saltem ex occurrenti conditione ideo non tenet reddere nisi solam usuram. Secundo ratione dominij: quia dicitur dominium rerum usurarum transferri in usurarium: et ideo non tenetur ad idem sed ad equiuales: fur autem et raptor ac etiam mutui retentor: postquam transiit tempus processum non habet dominium in re quare tenet inuito domino et ideo tenet ad interesse: quia vex dominum danificat in re sua et in communitatibus quas ex re sua traxisset. Tertio ratione consueti modi qui communiter obser-

uat in usurarium satisfactione: quia nunquam inimus usurarios compulso ad restituendum nisi solum incrementum usure. Tertio licitum est ratione utilitatis: nam extra de usu. c. nauiganti dicitur: quod vendens merces ad certum terminum tradendas plusquam valent tempore contractus non reputatur usurarius si non erat tunc venditurus sed in termino in quo traderet: et creditur quod in illo termino tamen sint valiture. Quod si tempore contractus fuerat venditurus: tunc utique reputatur usurarius: quia tunc pro futuro tempore non habuisset apud eum rationem vendibilis. Cum igitur futuro tempore merces illas vendere proposuit: et ex hoc eodem tempore apud eum rationem vendibilis habuit: ac prosequens secundum valore illius temporis probabiliter creditum licite vendidit: hinc ratione consimili quia pecunia in predicto casu rationem capitalis habet: ideo licite de ea probabile lucrum exigere potest: verum tamen si hoc faceret quia pecunia sua plus uti vellet: ut usurario mutuo quam in mercatoribus aut lucrosis emptioibus ut capitali vero tunc non excusaretur ab usura. Similiter si concederet pecuniam ad certum tempus cum pena apposita quam credit debitorum incursum: et generaliter quando quis pro talis via prelegit lucrum potest quam pro iusta viam mercandi: illicitum est et danabile.

Hic denique queri potest: utrum igitur iste contractus usurarius dici debeat. Trado tibi centum coronas mox in domesticis tuis necessitatibus expendes: sub hoc tamen pacto quod si cut consimiles centum corone tali mercatori tradite lucrabuntur vel pudent: sic iste lucentur vel pudent. Ad hoc dicendum quod iste contractus valde dubius est inter doctores propter tria. Primo quia tale pactum in fraudem usurarum videtur adinuentum. Secundo quia pecunia ex se sola minime est lucrosa: nec valet nisi seipsum sed ex industria mercantium sit aliquid lucrosa propter eorum negociationes sed nihil est hic tale. Tertio non quod efficaciter est prioribus in hoc contractu necesse est esse unum de his tribus: quia scilicet illa pecunia vel est tradita pro modo mutui: et tunc est ibi manifesta usura: quia tunc non debet lucrari neque perdere nisi recipienti. Vel est tradita pro modo depositi: et tunc etiam absque omni lucro sola reddi debet quipote is qui tale seruauit depositum remunerandus est: sed ex forma predicti casus patet: quod non est tradita pro modo depositi: vel denique tradita est pro modo capitalis: ut scilicet in persona tradentis emptioibus et mercatioibus deputetur: sed hoc non habet hic locum: quia tunc in pacto deductum est quod eaz



recipiens teneret solis mercatōibus fide/  
liter deputari: et hec vltima rō efficacit̄ p/  
bare videt̄ q̄ pecunia sic tradita nō potest  
habere nisi rōnez mutui: ex quo quibusdā  
et nō indocte talis cōtractus illicitus eē vi  
det̄: cui⁹ sentētie est Inno. extra de vsu. c.  
fi. et ibidē Jo. an. recordat: et h̄ securius est  
tenendū: qz cōtractus oīno suspect⁹ videt̄.

Quōd aliquid accipi potest vltra  
sortem ppter debituz seueritatis  
eq̄tatis et charitatis: Ser. XXXVI

### Non furtum facies

**N** Exo. xx. Cū dictū sit in sermone  
p̄cedenti fore licitum recipere ali/  
quid vltra sortem: et etiā pacisci p̄ interesse  
damni emergentis tā de p̄terito q̄ de pre/  
senti q̄ etiā de futuro. Hic p̄sequendū ē q̄ll  
ter ppter triplex debitū pōt vltra sortē q̄s  
accipere sine vitio vsure scz ppter debitū se/  
ueritatis: equitatis et charitatis. P̄tio nā  
q̄s p̄ncipaliter pōt vltra sortē q̄s accipere p/  
pter debitū seueritatis: qz scz hoc exigit se/  
ueritas iusticie: p̄ eo q̄ in cōtractu pena ap/  
posita est. Ad cuius euidentīā primo que/  
ri potest: vtrū in cōtractu mutui p̄stans vsu  
re vitium incurrat ex eo q̄ penā apponit re/  
cipienti vltra terminū p̄fixū detinētī si ta/  
lem penā exigit et recipit. Ad h̄ r̄ndet inter  
alia Sco. iij. di. xv. q̄ si tal̄ pena apposita  
ē absq̄ intētiōe dolosa p̄cij seu lucri vsura/  
rij: tūc p̄stitor eā exigere potest absq̄ vitio  
vsure. Exempli gr̄a. Ego indigeo pecunia  
mea ad mercandū: qz negocijs lucratiuis  
optet me p̄uidere domui mee: s̄ a te roga/  
tus eā tibi p̄cedo vsq̄ ad certum diē: penā  
adijciens p̄ditionalē q̄ nisi tali die soluas  
qz multū dānificabor: vlt̄ saltē a lucro mihi  
necessario defraudabor: tu postea solues  
tantū vltra sortē: hec pena sic apposita ē li/  
cita: dūmodo nō fiat in fraudē vsurarū: qz  
licitū ē me seruare indēnē in cōtractu te p̄/  
monēdo et penā apponēdo nisi talis casus  
accidat q̄ ex necessitate p̄cepti ad hoc obli/  
gatus eēm. Signū aut̄ q̄ talis pena nō ap/  
ponit̄ in fraudē vsuraz̄ est: q̄si creditor ma/  
gis vellet sibi solui pecuniā suā in die pre/  
fixo q̄ in crastino cū adiecta pena: ac p̄ op/  
positū in fraudē vsuraz̄: quādo vult poti⁹  
solutionē differri vt penā incurrat. Aliud  
quoq̄ signū est: q̄si p̄stitor p̄babiliter cre/  
dit et sperat q̄ receptor mutui penā illā in/  
currat: et tunc p̄stitori nullo mō licet exige/  
re penam illā cōventionalē. Porro d̄ hac

pena que sic imponit̄ notandū ē q̄ Alexā.  
lomb. triplicē penā distinguit. P̄tia pena  
dicit̄ canonica vlt̄ legal: de qua dicit̄. xij. q.  
ij. c. in legib⁹. De qua verbī gr̄a ponat̄ ca/  
sus. Tutor dat pupillo q̄nq̄ p̄ centū ex vi  
statuti: q̄ nō tanq̄ vsurā sed tanq̄ penā le/  
galē tutor pupillo soluit: ar. in dicto. c. i le/  
gibus. Hoc aut̄ fit ne tutores aut negligē/  
tia aut malicia pupillis infidi fiant: cū de  
pecunia debuit emere possessiones pupil/  
lo vlt̄ q̄nq̄ p̄ centenariō. Verūtū hoc firmi  
ter tenendū ē: q̄ tutor pecuniā pupilli tra/  
dere nō potest ad rōnem q̄nq̄ p̄ cētenariō  
sub cōtractu quocūq̄ nō licito: qz tūc vsura  
rius eēt et ad satisfaciendū obligaret̄ sicut  
cōmuniter faciunt mutuantes ceterum vt re/  
cipiant decē annuatim donec capitale reci/  
pian: q̄d est vsura manifesta: vt patebit  
latius infra. Secūda vero pena dicitur iu/  
dicialis que scz imponitur p̄ iudicē ad pu/  
niendū p̄tumaciā debitoris. De qua queri  
pōt: q̄si iudex mandat aliq̄d faciendum vlt̄  
alicui dandū in certo termino: vtz ille pro  
quo mandat siue iudicatū est post elapsuz  
terminū poterit illam exigere. Ad h̄ dicen/  
dum fm Hosti. q̄ licite petere pōt etiam si  
excedat interesse. Concor. etiā Inno. et ad  
dit Hosti. q̄ etiā religiosi p̄nt talem penā  
petere siue cōsistat i pena siue in alio. vt. j.  
q. vij. c. quotiēs: q̄netiā penā a iure indu/  
ctam: vt. xij. q. ij. ep̄s qui mancipiū. Cleri/  
ci tamē benignius q̄ laici se habere debēt.  
Si vero ps altera fecit q̄d potuit: vt adim/  
pleret mandatū iudicis si paup̄tate vlt̄ im/  
potētia exp̄ssa totū adimplere nō potuit: licet  
mero iure teneatur ad penā insoludū: tñ d̄  
benignitate canonica nihil vltra q̄ inter/  
sit ē exigēdū: et sic intelligas eē de penis. c.  
suā. Sc̄do q̄ri pōt: vtz quis exigens pecu/  
niam ab aliquo qui est ipotens ad soluen/  
dū: et ideo possessionē eius insoludū recipit  
fm sentētiā cōitatis q̄ tñ valet plus q̄ ipm  
debitū teneatur restituere superflū valo/  
ris ipius possessionis: vlt̄ vtrum sit absolu/  
tus eo q̄ aucte cōitatis eā possidet. Ad h̄  
dicendū q̄ si creditor de dicta possessione  
nō percipit aliquam vtilitatem: non tenet̄  
illud restituere q̄ possessio plus valet: nec  
est peioris conditionis q̄ alia p̄uata per/  
sona: que nisi de pignore perceperit emoli/  
mentum valorem rei excedentē debitū: re/  
stituere nō tenetur quādo scz ex pacto mu/  
tuū cadit in cōmissum: potissime in hoc ca/  
su: quia talem possessionē tenet etiā ex iu/  
dicato cōmunitatis: et si debitor damnifi/



catur maxie ex culpa sua: imputet sibi: qz a cōmunitate nō damnificat nisi per accidens: cuz dicta cōmunitas nō posuerit creditorem in illam possessionē ad inferendaz iniuriam: sed ad obseruandā iusticiā: sed hoc intellige debet quando bona fides interuenit ex pte creditoris qui ex cōmunitate cōsequit ppietatem possessionis. Qu si creditor fraudem cōmisisset in ipam rem: scz eam vilificando: dicens qz tm̄ valet centum cum tamen ducentos valeat: et sic i solutū accepit: tunc totum illud qd valet altra q̄ fuerat debitū: creditor in foro conscientie restituere obligat: eo qz illicite egit cōmittendo dolum et fraudem. Alteri⁹ notandū qz si debitor qui sub pena infra certum tempus pmissit soluere debitū impeditur paupate seu alia iusta necessitate: tunc nō tenet soluere penam vltra sortē nec licite potest ab eo peti si in iudicio potest hoc ipm pbari: vt patet extra de solu. c. odardus: in foro aut conscientie petēs a tali debitorē semp obligat ad restitutionē: quia in pacto talis conditio subintelligit excepta. Tertia deniqz pena dicitur conuentionalis: que scz de p̄sensu ptis vtriusqz fuerat apposita: vt saltē pene metu debitum certo die soluat: et hāc etiā exigere licet vt ptz extra de arbi. c. dilecti. et. xij. q. ij. c. fraternitas: qz talis apponit pena vt seruent pacta: ex de penis. c. cōstitut⁹: dūmodo tamē intentio sit recta: qz als vsure vitū nō abolere eo qz speraret lucri penam que spes destruit eius liberalitatem et gratuitū mutuū. Concordat Hosti. et addit qz conuentionalis pena p̄sumitur esse vsura: quādo talis exercere solet vsuras aut stipulatur penas in menses aut p singulos annos. Tercitamen hanc penā recipe nō eēt licitū: qn̄ receptor sine culpa sua factus est impotēs ad soluendū vlad pmissa seruāda: quare puniri nō debet: et ideo si absqz dolo et fraude in p̄tractu pena fuit apposita: tunc si p̄stitor ex contractu nō seruato damnificat⁹ est: petere potest penam saltem vsqz ad interesse: non tamē vltra si receptor fuit a pacto violato legitime excusatus: quia tunc nō liceret eum vltra grauare. Idic queri potest: vtrum ille qui recipit domū i pign⁹ pro centū coronis mutuatis vsqz ad annū: hoc scz pacto qz si nō soluat in dicto termino cadat debitū in cōmissum: et pignozatio cadat in venditionē: tenere potest domum sub pignore sibi sic obligatam: eo qz debi-

tor nō soluit in termino cōstituto: cuz tamē domus illa satis plus valeat. Ad hoc dicēdum qz valor domus compensari debet: et quantū excedit p̄cium. Computari etiā debet si creditor recepit vsufructū de domo illa: nam si recepit: tunc iudicari nō potest qz in aliquo damnificat⁹ sit: vnde fm̄ quodam et iuste: tunc nō solum nō potest retinere domū sed etiam obligatur restituere vsufructū vel saltem computare in sortē et si damnificatus fuit: suū interesse petere potest. Si vero creditor nō recepit vsufructum domus: cum illa superfluitas valorū domus cedat in penam debitoris: supposita vtriusqz bona fide: qn̄ cōtractus mutuū fuit celebratus: tunc locum habet quod dictum est de pena cōventionali. Et nota qz si a p̄stitorē mutuū sub aliquo p̄cio seu lucro talis detentio vltra terminū cōceditur tunc eo ipso vsura cōmittit⁹: quia ex tali concessione sortitur potius rōnem voluntarij mutuū q̄ inuite detentionis. Secūdo incidentaliter queri potest: vtruz liceat ab hostibus vsuras exigere vlc recipe: sicut sentire videtur Ambro. qui dicit et habet. xiiij. q. iij. c. ab illo vsuram exige cui nocere merito desideras: cui iure inferunt arma huic legitime auferunt vsure: quē bello vincere nō potes: ab hoc vsuram exige: quem nō facit crimē occidere: sine ferro dimicat qui vsuras exigit: sine gladio se de hoste vlciscitur qui fuerit vsurarius exactor inimici: ergo vbi ius belli ibi ius vsure. hec ille. In quib⁹ verbis ostēdit qz ab hostib⁹ licitum est vsuras exigere. Ad hoc dicēdū fm̄ Alex. lomb. qz circa questionē hanc est triplex opinio doctorum. Prima ē opinio glo. sup hoc dictū Ambro. qd scz verbum Ambro. debeat negatiue intelligi: dicit eī ab illo exigi vsuras cui merito nocere desideras: q̄ a nullo vsuram exigere debes: qz nulli debes desiderare nocere nec xp̄iano nec iudeo nec pagano: cui⁹ opinionis etiā vidēt eē Hug. et Archi. i dco. c. ab illo. Secūda op̄io tenet qz dcm̄ Amb. nō itelligit de infidelib⁹ tāqz infidelib⁹: s̄ solū de inimicis reipublice aut p̄secutorib⁹ xp̄iani noīs q̄bus licitū ē apte et p insidias nocere: a ceteris aut q̄ seruire parati sūt nō licet accipere et in hoc etiā differunt saraceni q̄ xp̄ianos parati sūt p̄sequi: et iudei q̄ parati sūt quodamō subijci. Idic scribit Alex. papa ep̄is hyspante. xxij. q. viij. c. dispar. nimirum ē iudeorum et saracenozū causa: in illis enim



qui christianos psequuntur et ex vrbibus etiam proprijs sedibus pellunt: iuste pugnāt: hi vbiq; seuire parati sunt. Tertia opinio tenet qd licitū est ab oīb; hostib; vsuras exigere et recipere quib; licitū ē nocere in psona vel rebus: et hui; sentētie est Hosti, cui adherere videt Jo. an. et hoc pprie sonare vident verba Ambro. hui; etiā sentētie ē Grego. de armino. in. q. de impstis venetozū: et hec opinio videtur rationi consona et maxime verificatur de inimicis et psecutorib; christiani nominis: cū omnia bona eoz auferre possum;: vt patet expressum. xxiij. q. vij. c. si de reb;: vbi de hoc pulcra psequit. Unde tūc aboletur vsure vitium quia solus de; est ver; domin; oīm rerum et bona temporalia dan; hominib; ad colendū verū deum et dominū vniuersi: vbi igitur cultus dei nō est: sicut ab inimicis dei vsure legitime exigunt;: quia hoc nō sit cā lucri sed causa dei et fraterne dilectionis: vt scz inimici debilitent; et ad deū reuertāt vnde qz bona q; habēt eoz nō sunt: ex quo vere fidei sūt rebelles: ideo ad catholicos reuoluunt;: et generaliter in eodē casu licz ab infidelibus vsurā accipe: quo licet rapere vel furari: de quo vide supra vbi agitur de aliena furantib;. Hinc etiaz Deuf. xxiij. cōcessum ē iudeis q; fenerari possunt alieno ad vsuram. Sup quo quidam dicūt qd lex potuit iudeis pmiū iuste concedere de illis solis gentib;: quoz terra fuerat iudeis a deo data: aut de quibuscūq; alijs quas iuste et fm deū poterāt expignozare depaupare et exterminare: his em poterāt vsuris sicut alijs actibus oppmēre: et fm quosdam hodie consimiliter fieri poterit. Unde si quis tua iniuste vsurpat: et nō potes illa rehabere nisi sub forma vsure: licet tibi fm iura canonica: vt pz ex dicto Ambro. sub tali forma tua recuperare: dūmodo nō assit intentio vsurandi sed recuperandi dūmodo etiā sub tali specie ceteris scādalum actiū nō ministraret: nā multa de se licita sunt ppter scandalū euitanda. Secūdo pncipaliter potest vltra sortē quis accipe ppter debitū equitatis: que scz equitas in hoc requirit vt verb; gratia. Pponamus tres casus hāc equitatē demonstrātes et cōtinētes. Primus casus est de eo q; pecuniā pstat ad pompā: tunc em recipere potest vltra sortē: vnde si q; pecuniā in sacculis sigillatis aut al; alicut locet vt conductor ab ipis visitantibus diues credatur et am-

plius honoretur ac timeatur: aut vt sola p̄sentatione eius aliquod piculum vel detrimentū euitet: tūc si vltra ipam aliquid recipitur: p̄cium sue locationis est: quia talis locatio non fuit mutuatō: nec ei; vsus fuit cōsumptio nec alienatio ei;. Cōcor. in hoc Tho. et Host. et habet. ff. de cōmo. l. iij. §. si. r. l. seqn. r. xiiij. q. iij. si feneraueris. in glo. Et Sco. in. iij. dicit qd pecunia habet vsū vtilem ex ppria natura: vtpote ad videndū vel ornādum tanq; diuitē possidentem: et ad istū finem locari pōt sicut equus vel aliud iocale: et p tali vsu retento domi nō p̄ciū recipi pōt: et ex toto p̄tractus locatiōis vel veditiōis est. Aboletur autē vsure vitium in hoc casu: qz nō est ibi mutuū sed locatio: nec transfert dominū in recipientem nec stat piculo eius sed locātis: eo modo sicut si locarent; argētea vasa: de q; periculo dictū est supra. Similiter de differētia inter locatū et mutuatū dictū est supra. Secūdo vero casus ē: cū ecclia feudū in pign; accipit a suo vasallo qd ab eade; tenet: tūc em ex eqtate nō tenet ecclia fruct; in sortē cōputare: vsū e; de vsur. dz. c. cōque stus: qd mōasteriū detinēs terrā titulo p̄gnozis: cōputari dz fruct; in sortē: nisi fra sit de feudo mōasterij: tūc em fm glo. nō tenet cōputare fruct; i sortē nec ē vsura: sed abolet in h; vsure vitium: eo qd ecclia ratiōe feudi nō dz recipere alienū: qd vex ē si vasallus interī nō teneret ad seruitiū feudi: qd si teneret: tūc ecclia recipet alienū: idē habet e; de feu. c. j. et fm Bern. h; idē lz i qd cū qd feudo laicali: qz ibi ē eadē rō q; et idē ius Scda rō cur i h; casu abolet vsure vitium ē: qz vasall; nō ē dñs feudi: quīs i eo habeat vtilē actionē: et h; aliq; nō ē maior dño. Presumit; etiā velle dare qz ad antihidota ē naturalit; obligat;. Tertio deniq; casus ē qn ecclie possessio ē alligata clerico i beneficio: a laic; eā tenet violēt; iniuste: tunc em fm Alexā. de hales: cleric; but; bñficij fruct; p̄cipe pōt vltra sortē: vt e; de vsu. c. j. et h; fm Alex. de hales nō fit cā lucri s; vt ecclie res illo mō de manu laici redimātur et sic tales fruct; absq; vitio vsure pōt retinere: et eodē mō dicēdū ē de laico cui licet h; mō redimere possessionē de manu detentoris iniusti: et sile habet de deci. fm Ray. q; scz iniuste detente de manu laici absq; vitio simonie licite p̄nt redimi: si nō p̄nt alit; recuperare: dūmodo fiat aucte ep̄i cui; auctoritas i talib; multum excusat: vt e; de re.



pmu. c. q̄situm: p̄nt etiam recipi in p̄gnus  
 r modo p̄dicto recipi fructus dūmodo ad  
 alienas ecclesias nō ptineant: vt extra de  
 deci. c. interdicimus: r idem iudiciuz ē de  
 alijs possessionib⁹. Tertio p̄ncipaliter  
 p̄t vltra sortē quis accipere p̄pter debitū  
 charitatis: quādo scz absq̄ omni intētiōe  
 r pacto datur aliquid vltra sortem. Nam  
 fm Tho. in. q. de malo: q. xiiij. sicut credi-  
 tor licite potest min⁹ recipere sua pp̄ria vo-  
 luntate: sic etiam debitor potest ampl⁹ da-  
 re: r ille cui dat licite potest illō recipere:  
 dum non assit creditoris corrupta inten-  
 tio: r ex hoc patet q̄ in multis casib⁹ p̄ma  
 fronte apparet q̄ vsura concurrat cum ta-  
 men liciti sint p̄tract⁹. Verūtā mē fm Du-  
 randū: si mutuantis intentio corrupta fue-  
 rit: ita q̄ mutuū nō dedisset nisi sub spe lu-  
 cri: tūc nihil inde recipere potest: r receptuz  
 restituere obligat: lz illud debitor ex cha-  
 ritate seu q̄cūq̄ alia causa dederit. Pro q̄  
 sciendū: q̄ in mutuo dando triplex p̄t in-  
 teruenire motiū vel intentio. P̄mo est  
 intentio charitatis in q̄ scz charitas ē cau-  
 sa mutui: r tunc mutuans recipere p̄t qd̄ li-  
 beraliter offeret p̄t sup̄ius visum est. Se-  
 cunda est intentio tepiditatis: in qua scilz  
 mutuū est causa spei: qd̄ contingit cū mu-  
 tuans lz p̄ncipaliter moueat ex charitate:  
 secundario tñ mouet p̄pter aliquā tēpora-  
 lem vtilitatem: sic tamē q̄ licz vtilitas illa  
 cessaret nihilomin⁹ alteri mutuari vellet:  
 r talis intentio non q̄dem tollit lz minuit  
 meritum plus vel min⁹ fm maiorē vel mi-  
 norē respectum ad tēporale cōmodū. Hui⁹  
 sentētie sunt Bern. r Ala. sup. c. cōsuluit:  
 extra de vsu. Hoc tamē p̄siderandū est: q̄  
 hmōi receptio rei tēporalis p̄pter mutuū  
 date: magis apta est corrūpere hanc inten-  
 tionem tepiditatis q̄ illā que ē charitatē:  
 quia illa forti⁹ obstaculū habet ex seipsa:  
 si tamē p̄ hmōi receptionē intentio nō cor-  
 rumpit: tunc sicut aliquid sperare secūda-  
 rio nō est mortale nec forte malū fm glo. i  
 dicto. c. cōsuluit: ita nec recipere aliqd̄ ex tali  
 spe secundaria videt aliter eē pctiū: q̄ scōz  
 q̄ fuit in intētiōe mutuū datū: ad hoc ar.  
 i. q. ij. c. q̄pio. in fi. Verūtā cū ex charita-  
 te mutuans intētiōē charitatis obseruare  
 teneat in oblati sibi gratis cū certis cir-  
 cūstantijs: q̄tomagis ille q̄ mutuuz dedit  
 cū tepiditate: cum ip̄e pp̄inquoꝝ sit corru-  
 ptioni cupiditatē vt dictū est. De circūstā-  
 tijs etiā q̄ requirūt in donis oblati vt si/

ne omni scrupulo recipi valeat: habet l. vj.  
 fmone p̄cedenti circa finē. Tertia deniq̄  
 est intētiō cupiditatis: cum scz ex sola spe  
 lucri vel saltē p̄ncipaliter p̄pter lucrū q̄s  
 mutuet: lz pactuz nō interueniat p̄t lati⁹  
 videbit postea. Ad laudem dei.

Quādo dubium vel periculuz  
 excusat vsure vitium r hoc sub q̄t  
 tuoz differentijs r quādo non ex-  
 cusat: Sermo XXXVII

**N**on furtum facies

n Exo. xx. Post p̄missa p̄nti fmōe  
 p̄sequendū ē de p̄tractib⁹ vsura/  
 rijs q̄ aliqui tñ excusant p̄pter dubiū vel  
 piculū q̄ abolet in talib⁹ vsure vitium r ali-  
 qñ nō. Pro q̄ sciendū: q̄ i mutuis veris  
 vel interpretatiuis spe lucri p̄ncipaliter fa-  
 ctis: dubiū seu piculum a fenore non excu-  
 sat: qz nulla p̄ditio seu circūstātia actū ali-  
 quē ex sua natura vitiosū excusare valet:  
 nisi fm qd̄ ab eo rōnem vitiositatis p̄t re-  
 mouere. Et q̄ iudei in expoliatiōe egypti  
 orū excusant. Exo. xij. a furto: nō venit ex  
 alia causa q̄ ex diuino p̄cepto: q̄ vt vniuer-  
 soꝝ dñs h̄ p̄cepit: et res nō suas ex p̄cepto  
 suas eē fecit: sed qz in mutuis veris vel in-  
 terptatis si p̄ncipaliter fiūt spe lucri vsure  
 vitium ē ānerū: ideo dubiū aut piculū d̄ sui  
 natura non tollit vitiositatē a tali mutuo.  
 Similiter dubiū r piculū non tollit vsure vi-  
 tiū nisi dñiuz r vsus rei piculantis cū q̄ lu-  
 crat ad lucrātē ptineat: qz ex re sua q̄s lu-  
 crari debet: r vsus rei ex q̄ lucz puenit ad  
 lucrātē ptinere debet: nā qñ i actu lucrā-  
 di piculuz mercū vel pecunie nullo respe-  
 ctu actus mercādi spectat ad ip̄m traden-  
 tē: lz solū ad eū cui res tradite sūt: tunc eo  
 ip̄o rez dñiuz r vsus q̄ ad actū illū mercā-  
 di: spectat ad euz solū cui⁹ piculo currunt:  
 res enī pdit dño suo. Silr nō excusat a fe-  
 nore piculū seu dubiū vbi i p̄tractu causa  
 t̄pis nō pp̄rij aliqd̄ pl⁹ sperat: qz ibi p̄sumi-  
 tur semp esse mutuū vtz vl̄ interpretatiū:  
 cū fit spe lucri p̄pter intercurrens t̄ps de q̄  
 lati⁹ dictū ē sup̄i⁹. Notandū igit q̄ i p̄tra-  
 ctu mutui veri vel interpretati q̄druplex du-  
 biū siue piculū interuenire p̄t. P̄imum  
 enī piculū seu dubiū p̄tingere p̄t in capi-  
 tali r nō lucro. Exempli grā ponat casus  
 q̄ tangit eē de vsur. in. c. nauiganti. Si q̄s  
 mercatori nauigaturo per mare tradat. c.



coronas tali p̄ditiōe: q̄ si nauts cū capita-  
 li piclites non teneat sibi reddere capita-  
 le: si tñ in mercando amiserit semp sibi to-  
 tum capitale reddet: et si lucratus fuerit: ha-  
 beat p̄tes lucris: tñ reputat vsura in dicto  
 c. nauiganti: ratio est q̄ lz capitale currat  
 ad piculū tradētis q̄dū ē in itinere vel  
 mari et sic p̄ tpe illo currat vt suuz: in actu  
 tñ et vsu mercandi ac cōmutādi currit solū  
 ad piculū recipiētis: et ideo p̄ talē actū ip̄i  
 soli lucrat sicut sibi soli p̄dit vt iam dictū  
 est. **Hic q̄ri p̄t:** ponat casus q̄ quis mu-  
 tuat. c. coronas in antberpia vt inde reci-  
 piat. cxx. in anglia cū hac p̄ditiōe: si i via  
 tales pecunie vel merces ex illis empte pe-  
 riclitent: debitor vltra medietatē reddere  
 non teneat: si vero impedimentū nō pati-  
 atur ad totum reddendū teneat: vtruz in  
 hoc casu cōmittat vsura. **Ad hoc dicendū**  
**fm Hosti.** q̄ talis cōtractus est vsurarius  
 q̄ aut recipiens non expendit pecuniā il-  
 lam et sic impiū est q̄ creditor ab eo exigat  
 q̄ non habuit: aut expendit: et sic p̄sumit  
 pecuniā vt efficiat alterius q̄ res empta  
 de pecunia illa efficiat debitoris: quia pe-  
 cunia sibi mutua tunc efficiat sua: et ideo  
 non debet creditor exigere lucrum d̄ re de-  
 bitoris qua vsus est et inde lucratus. Et si  
 quis obstat: q̄ hoc licitum videt eo q̄ cre-  
 ditor in se periculum sumpsit: dicendū q̄  
 susceptio talis piculi in nullo euz excusat  
 vt p̄t dicto. c. nauiganti: nam spe lucris ta-  
 le mutuū fecit et piculum subiit. **Secūdo**  
**queri p̄t** vtz recipiens pecuniā vltra ma-  
 re vehendā et ibidē reddendā p̄ certo pre-  
 cio sibi p̄stituto cōmittat vsuram. **Ad hoc**  
**dicendū fm Inno.** extra de vsu. c. si. q̄d ta-  
 lis non cōmittit vsurā siue piculū recipiat  
 in se siue nō: q̄ locatio ē opax et custodie:  
 et idē sentit Hosti. **Tertio q̄ri p̄t:** ponat  
 tur cōditio q̄ in mercādo capitale currat  
 ad piculū tradētis: ita q̄ q̄qd mercando  
 vel alio inculpabili mō p̄dat: ip̄i⁹ capita-  
 lis traditori p̄dit: lucz aut fixū sit: scz vnū  
 p. viij. vel. x. vtz talis p̄tractus sit licit⁹:  
 eo q̄ in tali casu certū ē q̄ mercator cui ca-  
 pitale traditū est emit totū futurū lucz p̄-  
 dicti capitalis tanto scz p̄cio q̄ntū p̄babi-  
 litas futuri lucris cū utilitate p̄pria posset  
 rationabiliter estimari. **Ad h̄ dicendū:** q̄ licz  
 q̄dam dixerūt hūc p̄tractū illicitū esse: tñ  
 Seral. ob doñ. p̄bat illū esse licituz multi-  
 plici rōne. **Primo rōne piculi:** naz in tota  
 mercatiōe ex h̄ capitali fiēda p̄dictuz capi-

tale currit ad piculū tradētis. **Secūdo rōne**  
 lucris: q̄ totū lucz q̄d p̄babiliter estimat p̄-  
 uentuz habet aliquē valorem q̄ aliq̄ iusto  
 p̄cio p̄t estimari: et p̄ p̄sequēs etiā iuste v̄-  
 di. **Tertio rōne vitādi dāni:** q̄ dās suū p̄-  
 priū capitale iuste p̄t inde exigere suū in-  
 teresse. **Rōne q̄ p̄tractus videt nulla com-**  
**mitti vsura:** nisi capitale illud nō eēt vere  
 traditū fm rem p̄ capitali: sed pot⁹ p̄ mu-  
 tuo et ad vsurariū lucz: tñ enī eēt mutuū  
 interpretatū et p̄ p̄sequens apud lucrantē p̄-  
 ueniret lucz de re cuius nō haberet dñuz  
 nec vsu: et ex p̄dictis casib⁹ multi p̄siles  
 fabricari et iudicari p̄t. **Secūdo vero du-**  
**bium vel piculū p̄tingere p̄t i lucro et nō**  
**in capitali:** q̄ scz capitale traditū rema-  
 net ip̄i tradēti certuz et firmū ita q̄ in oēm  
 euentū sibi sit reddendū: et tunc non suffi-  
 cit incertitudo lucris. **Exempli grā:** trado t̄i  
 bi centū coronas in oīm euentū mibi reddē-  
 das: et si inde lucratus fueris tertiaz p̄te vel  
 mediā mibi d̄ lucro dabis: si vero nihil lu-  
 cratus fueris etiam nihil mibi dabis nisi  
 capitale: q̄d semp saluum remanebit: talis  
 p̄tractus ē illicit⁹ eo q̄ capitale non currit  
 ad periculū p̄mi tradētis: et ideo q̄quid  
 de lucro p̄cipit fm Bald. cōputandū est i  
 fortem: nimirū cum sit mutuū interpretatū:  
 non autē societas nec ex forma p̄tract⁹ nec  
 ex materia quia est p̄tra natura societatis  
 q̄ vnus capit saluum et alius capit fractū:  
 vt. ff. p̄ socio. l. minus. **Q̄ si obijcitur illū**  
**q̄d legit extra de dona. inter vi. et vxor. c. p̄-**  
**vestras:** vbi dicit: q̄ dos vxoris tradi p̄t  
 et cōmitti alicui mercatori vt de p̄te hone-  
 sti lucris vir eius onera possit matrimonij  
 sustentare: dicendū q̄ hoc intelligi debet  
 q̄ pecunia dat ad p̄tem lucris et damni: q̄  
 p̄tract⁹ tunc licitus est fm glo. **Etiā. xliij.**  
**q. liij. c. pleriq̄:** talis p̄tractus vsurari⁹ est:  
 et licz q̄dam dicāt esse licitū et hoc ex vi pa-  
 cti q̄ p̄tract⁹ ex cōuentiōe legem recipiūt:  
 vt de reg. iur. c. p̄tractus. lib. vj. tñ **Azo et**  
**Accursi⁹** et multi alij securius et melius cō-  
 trariū tenent. ff. p̄ socio. l. verum: vñ non  
 valet: vt extra de precarijs: in textu et glo.  
 vbi ponit etiā differentia inter p̄cartuz et  
 cōmodatum: et subdit differentia inter p̄-  
 cariū et p̄carte: vide longuz p̄cessū. **Hosti.**  
 autē dicit: q̄ licz non d̄ iure societatis sed  
 ex vi pacti talis p̄tractus licit⁹ dici p̄t nō  
 tamē est oīno equus: et ideo in iudicio ani-  
 max cōsulit q̄ si pecuniā recipiēs ip̄az ca-  
 su fortuito amitteret: tunc is qui illam de-



dit eidem remittat. Hic queri potest: ponatur casus quidam reddituarius tradat mercatori centum coronas cum instrumento quod si sibi reddat dimidium lucrum absque omni periculo capitalis: apud se tamen firmiter intendit quod quicquid de capitali debito modo mercando perderet: non mercatori sed sibi per datur: licet hoc non manifestet ne scilicet a mercatore decipiat. Queritur utrum talis peccat vel usuram committat. Ad hoc dicendum quod tale lucrum est iniquum sed non iniustum: et vocatur a domino manumona iniquitas: de quo specialiter elemosyne fieri debet in abolitionem iniquitatis illius. Quod autem sit lucrum iniquum patet: quia sic tradens pecuniam mortaliter peccat: tum quia seipsum per hoc diffamat coram illo mercatore et omnibus hoc factum percipientibus: ponens lapidem offensionis et petram scandalum vel imitationis: contra illud. j. Timotheo. v. ab omni specie mala abstinete vos: tum etiam quia facit opus criminale ex suo genere: saltem quo ad hoc quod illum exponit periculo perdendi et ipsum capitale restituendi: tum denique quia dat occasionem suis heredibus iniusta exigendi et recipiendi si ipse subitanea morte decederet: qui propter instrumentum vellent quod talis contractus in suo robore permaneret: unde talis summope cauere tenetur: ne sua morte vel subtractione mercator ille damnatus sit et ne tale instrumentum vel contractus appareat in scandalum aliorum. Quod autem lucrum illud non sit iniustum: id est restitui non de necessitate salutis obnoxium dummodo sit rationabiliter moderatum ex hoc patet: quia morales actus totam rationem sui moris strahunt ab actu voluntatis a quo scilicet causantur: nam si idem actus fieret a bestia vel ab amente seu rationis usum non habente nihil penitus haberet de ratione moralis. Cum igitur ista. c. coronarum traditio manare dinoscitur a voluntate interiori contractus forme contractus: quia vult firmiter quod illud capitale incurrat in mercatoribus ad suum dampnum sicut ad suum lucrum: licet in exteriori contractu ad cautelam exprimat strarium: ne scilicet mercator ficte vel indebite perdat sibi capitale debitum: ideo exterior traditio ut a voluntate procedens realiter illas ab usure vitio segregat: et capitale sic traditum currit ad tradentis periculum. Secundo queritur potest: si ponatur casus quod aliquis tradat alteri. c. coronas ad operandum fideliter in arte vel mercatorie usque ad annum: sub tali conditione quod in fine

si quid lucratus fuerit totam sortem ac triplicem lucrum partem tradenti assignare debeat. Si vero dampnum supervenerit: tunc traditor trium partium et receptor dampnum quarte parte sustinere debeat utrum talis contractus sit licitus. Ad hoc dicendum quod non: cuius ratio est si talem pecuniam seu rem cum ipsa emptam periclitari contingat: tunc debitor vel receptor quarte parte dampnum sentiet: quia quicquid contingat quarta pars sortis ipsi creditori reddenda est: et ideo quicquid ipse creditor de lucro consequitur de illa quarta parte que non subiacet eius periculo usurarium iudicatur: quod autem recipit de tribus partibus que pertinent ad eius periculum licitum est. Tertium proinde dubium vel periculum est nec ipsi capitalis nec etiam lucrum: sicut contingit in manifestis usuris et etiam contingere solet quodammodo his qui securant mercantias et in depositis. Circa quod dubium vel periculum quadruplices securitates distinguere possunt. Prima securitas est tolerabilis. Exempli gratia mercator merces mittit ad partes remotas: et nolens se totaliter exponere periculo: querit aliquem qui de predictis mercibus ei faciat securitatem scilicet quod de eis satisfaciat si in via pereant: suscipiens autem in se tale periculum cum mercatore convenit de certa quota pro tali assecuratione: tunc enim taliter assecurans licite recipere potest tale lucrum: et hoc propter tria. Primo propter conditionem locationis: videtur enim esse contractus locationis quasi tali assecuratori locet conditionem illarum mercium usque ad tale locum cum suo periculo et cum eadem mercede: et sic quod datur pro locato merces est non usura. Quod si obijciat. c. naviganti extra de usu. quod casus ille videtur convenire cum isto ubi mutuas eunt ad nundinas cesset usurarius pro eo quod recipit in se periculum recepturus aliquid ultra sortem. Ad hoc dicendum quod hi duo casus sunt multum diversi: nam receptum ultra sortem de quo dicit ibidem directe discernit mutuum in quo omnis superabundantia prohibetur: hic autem non est sic: nec enim propter mutuam quod non est hic sed propter factum: id est propter securitatem quam fecit de mercibus illis recipit tale lucrum. Secundo talis contractus est licitus propter cessationem sortis: quia non est ibi sortis ergo nec mutuum: nec etiam dicitur potest quod assecurans lucrum recipiat ultra sortem: quod sine fundamento nullum edificium datur. Ad eum vero usure necesse est iterum venire sorte ut patebit infra. Tertio videtur esse licitum con-



tractus eo q̄ exinde sequit̄ cōmune bonū  
reipublice ⁊ utili tas mercatorū: quia mul-  
te mercationes cessarent si nō inuenirent̄  
tales asscurantes. Secunda vero securi-  
tas est culpabilis ⁊ illicita que tali modo  
fieri cōsuevit. Tu mutuo suscipis ab alio  
certam summam qua eges ⁊ ego p̄ te satis-  
do vel securitatez facio creditori tuo: cum  
h̄ pacto: q̄ a te recipiā vnū vel duos floze-  
nos p̄ centenario de tali securitate quā p̄  
te facio: talis enī cōtractus illicitus vide-  
tur duplici rōne. Primo quia reperit̄ ibi-  
dem mutuū indirectū eo q̄ asscurās stat  
ibi loco mutuantis: hinc asscurās est ibi  
ac si mutuando ad certū tempus cū addi-  
tione duoz vel trium p̄ centenario suā pe-  
cuniam rehaberet: paria nanq̄ vidēt̄: cre-  
ditori satis vel asscurare recipiendo p̄ h̄  
aliquid a debitore et mutuare recipiendo  
aliquid ultra sortem. Secūdo: quia cessat  
ibidem piculum eo q̄ fit sine piculo asscu-  
rantis: naz si me cōstituo debitorem credi-  
toris tui tu mihi ecōuerso obligaris resti-  
tuere tanq̄ meus debitor vere sortis: mul-  
to aut̄ amplius ē cōtractus illicitus si cre-  
ditorem tuum non soluo te in termino con-  
stituto soluente. Tertia p̄inde securitas ē  
variabilis sicut patz in depositū. Exempla  
gratia: posui pecuniam apud campozē si-  
ne pacto aliquo: campoz autē cū pecunia  
mea negociaf: dāns mihi decem p̄ centū:  
queri pōt vtz recipiendo lucrum illud vsu-  
ram cōmitto. Ad hoc dicendū q̄ si pecu-  
nia fuit inclusa ⁊ ob signata nec numerata  
tunc videoz phibuisse depositario ne vta-  
tur: vt. ff. de fuf. l. licet. §. rei. ⁊. l. die. §. qui  
pecuniā: ⁊ ideo quia illicite est vsus pecu-  
nia mea illi deposita: hinc omne lucrū inde  
p̄ueniens mihi restituere obligat̄ quia ex  
re mea locupletior factus est: ar. ff. de neg.  
ges. q̄ sine vsuris. Si h̄o pecuniā deposuit  
ad numez ⁊ hoc sub spe lucri tunc si aliqd  
ultra sortem recipio vsuram cōmitto. Si  
deniq̄ simpliciter deposuit ad numez sine  
pacto ⁊ sine spe lucri: tunc secus ē: ⁊ ī hoc  
stat̄ dicto meo: qz hec questio de p̄scientia  
est. Dicit aut̄ Bal. de p̄sio q̄ si in hoc vlti-  
mo casu campoz aliquid dat ultra sortem  
ex liberalitate: sciēs se nō teneri ad supad-  
dendū aliqd: tūc si a p̄ncipio nō habui ani-  
mū fenerādī: illicite possum illud datū reci-  
pere: quia mera donatio est: si vero soluit  
credens se ex q̄dā eq̄tate teneri q̄ sepi⁹ ad  
remunerādū mercātes mouet: tūc idē ē in

dicū. Verūtm̄ si se crededebat vsurarie ob-  
ligari cū nō obligaret̄: tūc a tali dono ab-  
stinē dū ē p̄pter p̄sciam: ⁊ etiā ad amouen-  
dū scandalū: qz ⁊ ab omni specie mala absti-  
nendū ē fm̄ ap̄lm. Quarta deniq̄ secu-  
ritas ē execrabilis qz cū ea frequētat̄ oīs  
vsura manifesta. Exempla grā: si quis mu-  
tuans centū coronau exinde velit aliquid  
ultra sortem habere ⁊ q̄ ibi nō sunt ita se-  
cūri sicut si illas haberet in arca: sed mutu-  
ando multis eas piculis ammittēdi expo-  
nit: tunc enī nō excusat̄ p̄pter tale pericu-  
lum ab vsura: quia piculum in hoc casu ni-  
hil a ratione ⁊ natura mutui differt: vl̄ sal-  
tem sic inseparabiliter sibi cōnexū est: q̄ non  
plus habeat de ratioe v̄dibilis q̄ mutuū  
habeat in quātuz mutuū: hinc ex periculo  
h̄ lucrari p̄inde ē: sicut lucrari ex solo actu  
mutui: nā et si mutuās eēt tāte demētie q̄  
absq̄ omni securitate pignozis vel testimo-  
nij vel scripture mutuū daret cū exp̄ssa pa-  
ctione vsure: lz remaneret in piculo reha-  
bēdi nō solū ultra sortē: lz etiā ip̄am sortē:  
tūc tale piculū eū nō excusaret ab vsura: qz  
agit h̄ dñicū p̄ceptū: Luc. vj. mutuū date  
nihil inde sperantes: p̄ hoc enī periculum  
non tollit̄ ius identitat̄ ip̄i p̄stitorz: quia  
receptor tenet̄ sibi ad omnimodā idētita-  
tē. i. ad restituēdam plene eq̄le ip̄i sorti: et  
ideo iniquū ē aliqd̄ ultra sortē expectare.

Quartū deniq̄ dubiū vel piculū cōtin-  
gere pōt tam ī lucro q̄ ī capitali: ⁊ tūc pōt  
ibidē eē p̄tract⁹ vsurari⁹. Exempla grā: sit  
aliqs mutuās .c. coronas ad .x. ānos: sub  
tali p̄ditiōe: q̄ si mortu⁹ fuerit alter ipsoz  
īfra decētiū. i. tradēs vl̄ recipiēs: tūc a de-  
bito ⁊ mutuo receptor liberat⁹ sit: si h̄o su-  
peruixerit vterq̄: tūc receptor dabit ducē-  
tas illi q̄ mutuū dedit: tunc in tali casu cō-  
mittit vsurā: qz fm̄ Alex. lomb. tale peri-  
culū ab vsura nō excusat: cū talis cōtract⁹  
nō tēdat ad eq̄litate iusticie: eo q̄ illa sup-  
abundātia nec ex labore nec ex vsu rei p̄-  
prie nec ex alteri⁹ rei recōpensatiōe reduca-  
tur ad equalitate iusticie: piculū aut̄ nō ex-  
cusat vbi causa t̄pis supabūdantia capif:  
tūc aut̄ dubiū excusare p̄t: q̄si dubiū icidit  
ex natura rei. Et h̄ dictuz ē s̄. Ad lau. dei.

De mutuo facto cōitati coacte  
vel ex charitate seu ex cupiditate.  
Et qñ talis tenet̄ ad restitutionez  
et quādo non: Ser. XXXVIII



De furtum facies

**n** Exo. xx. Jam vidēduz ē de his q̄ mutuātes cōmunitati alicui reci-  
 plūt aliqd̄ vltra sortē. De q̄b̄ q̄ri potest  
 vtz cōmittāt vsure vitū p̄sertim cū q̄libet  
 de suo ī quo plenū ius et dominiū habet:  
 disponere pōt ī licitis ⁊ honestis p̄ libitū  
 sue volūtatis: quātomagis tota cōmuni-  
 tas h̄ pōt: qz ī cōsensu cōmunitat̄ itelligit̄  
 cōsensus singularū p̄sonarū fm̄ Sco. licita  
 x̄o ⁊ honesta vident̄ q̄ fiunt in comodū ⁊  
 salutē reipublice: ⁊ ideo cōitates dispone-  
 re p̄nt q̄ ponēs tantā pecunie q̄ntitatē tā-  
 tū recipiat annuatim: qm̄ h̄ faciūt ad como-  
 dū ciuitatis: ⁊ p̄ sequens aliq̄ recipere pōt.  
 Ad h̄ dicendū q̄ tria sunt hoīm genera q̄  
 frequētant h̄mōi p̄tract̄. Primo genus  
 mutuāt coacte. Scōm ex charitate. Et ter-  
 tiū ex cupiditate. Primo q̄dam sūt coacte  
 mutuātes ⁊ tales recipere licite p̄nt īteresse  
 dāni ⁊ p̄babilis lucri. Et h̄ ex triplici rati-  
 one. Primo rōne domini cōpellēt̄ qd̄ sic  
 p̄tz nā q̄libet cōitas causa necessaria vltra  
 rationabilē inquirēte vti pōt p̄sonis suozum  
 subditoz: q̄ multo forti⁹ pecunijs eoz: naz  
 lz singularē collectā applicandā camere fi-  
 scali nemo pōt imponere sine p̄ncipis per-  
 missione vt. l. de tribu. l. j. ⁊ l. x. tñ colle-  
 ctam specialē vnaqueqz cōitas p̄ necessita-  
 te sibi incumbente pōt indicere: vt. l. cōis  
 l. de opi. pub. Cū q̄ ciues cogi p̄nt ad ta-  
 lia onera soluenda: manifestū ē q̄ talis co-  
 actio de rōne mutui multū aufert: ⁊ p̄ se-  
 quens d̄ rōne vsure. Cū enī de natura t̄p̄i  
 us vsure sit q̄ fiat in mutuo voluntario et  
 nō ī coacto: seq̄t̄ q̄ tale mutuū violētū nō  
 sapiat vsure vitū: h̄ mutuātē disponat ad  
 posse iuste recipere suū īteresse: sicut enī cō-  
 munitas licite pōt suadēte rōne et iusticia  
 ⁊ necessitate suos grauare: sic ⁊ rōne iusti-  
 cia ⁊ honestate dictātē pōt etiā releuare p̄-  
 sertim qm̄ est ex pte mutuāt̄ pura coactio  
 ⁊ ex parte cōitatis liberal̄ donatio: primo  
 nāqz excusat eos pura coactio: qz qd̄ nō ē  
 licitū in lege necessitas licitū facit: vt d̄r̄ eē  
 de reg. iur. tales enī nō p̄nt sibi aliter p̄u-  
 dere d̄ dāno suo: nisi accipiēdo qd̄ a cōmu-  
 nitate voluntarie offerit̄: si p̄inde creditor  
 dānificat̄ ex lōga moza solutiōis rōne dā-  
 ni pōt aliquid recipere vltra sortē: vt eē de fi-  
 deius. c. puenit: quātomagis mutuare co-  
 act̄ tali coactiōe q̄ nunq̄ ei reddit̄ capita-  
 le qz si q̄s istoz crimē vsura ⁊ incurrere de

heret: tunc is q̄ volūtarie mutuāt potit̄ illud  
 crimē incurreret q̄ is q̄ inuit̄: cū nul-  
 lus vsurari⁹ eē pōt nisi mutuū dare volēs  
 ad vsurā. Et si obijcīt q̄ talis modus a cō-  
 munitate ordinat̄ hoīes inuitat ad peccā-  
 dū vltra sortē recipiēdū. Ad h̄ dicēdū q̄  
 hoc vez eēt qm̄ mutuās spe lucri p̄ncipalit̄  
 ter moueret: secundaria tñ spe moueri pōt:  
 q̄ spes nō facit hoīez vsurariū: in x̄ notata  
 in. c. p̄suluūt: eē de vsur. ⁊ de hoc notatū et  
 tactū ē in scōdo sermone p̄cedenti. Verūtū  
 si talis mutuās post coactionē aliquo tpe  
 p̄tētaref̄ recipere annuatim de tali mutuo:  
 tunc vsurari⁹ efficeret fm̄ Fredericū d̄ se-  
 nis: qz substantia spes ⁊ intentio recipiēdi  
 vltra sortē gr̄a mutui facit vsurariū. De in-  
 tentiōe aut̄ antecedēte cōcomitāte ⁊ subse-  
 quente dicit̄ infra. Scōdo excusat eos libe-  
 ralis donatio cōmunitat̄: dicit̄ enī. j. q. j.  
 c. sicut ep̄m: q̄ ei⁹ oblatio nullā culpe ma-  
 culā ingerit: q̄ nō ex ambiētis petitione p̄-  
 cessit: ⁊. c. q̄ pio. Scōdo coacte mutuantes  
 recipere p̄nt vltra sortē rōne damni emergē-  
 tis: qz facta tali p̄statione cōmunitas p̄stā-  
 ti iam obligata ē: non h̄is dilationē solu-  
 tionis liberalit̄ cōcessam: ⁊ sic semp̄ rema-  
 net in moza soluēdi: de q̄ p̄stans dānū pa-  
 ti d̄inoscīt vel in executiōe mercātie vltra  
 r̄tis mechanice vel etiam a redditū vel re-  
 r̄ū quarūlibet emptione. Done ergo q̄ in  
 mercantia q̄s vtens pecunijs suis obliga-  
 tus ē debit̄ certo tpe soluēdis: q̄s acq̄-  
 sita pecunia soluere disposuit: sed instan-  
 ter ab amico req̄situs mutuēt pecuniā suā  
 ad certū t̄ps ex charitate: adijciens absqz  
 fraude: qz si debitor suo tpe non soluat tūc  
 creditor p̄ suo īteresse vltra sortē recipit̄:  
 at: tūc enī illā pecuniā licite recipere pōt ⁊  
 exigere p̄ suo īteresse: vt extra de arb. c.  
 dilecti: ⁊ in glo. si igit̄ hoc lz ī dicto casu:  
 vbi non multa violētia p̄tz nisi detētio rei  
 vltra terminū p̄stitutū cōtra d̄ni volunta-  
 tem: quātomagis licebit̄ ciui rōne īteresse  
 sumere vltra sortē: cum sua pecunia cōtra  
 voluntatē suā auferit̄ ⁊ detinetur. Tertio  
 coacte mutuantes recipere p̄nt vltra sortem  
 rōne lucri cessant̄. Ex retentiōe nanqz de-  
 biti seu mutui vltra t̄ps p̄cessum a lucro p̄-  
 pediti: qd̄ licite negociādo vel alio modo  
 lucrati fuissent: exigere licite et recipere p̄nt  
 in recōpensatiōez: nō solū dāni lz etiā ces-  
 santis lucri: fm̄ discretuz iudiciū viri pru-  
 dentis: eo mō quo tactū ē ī sermone. iij. p̄ce-  
 deti: ⁊ ideo ex rōne p̄simili p̄nt in hoc casu



aliquid recipere ultra sortem: cum amisso talis  
 lucri sit quaedam dānificatio p̄stitoris: illa nā  
 q̄ pecunia dñi suo verisimiliter plus valuis-  
 set q̄ seip̄am: p̄pter industria q̄ ille vsus  
 fuisset tam ad p̄cauenda dāna q̄ etiaz ad  
 cumulāda lucra: et sic p̄uar<sup>9</sup> ē non solum  
 tota pecunia sed etiā toto vsu et fructu in-  
 dustrie exercitāde in illa siue p̄ illam: et sic  
 dñs ea fuisset vsus vt capitali suo: nec ī  
 casu rōnem habet mutui s̄ capitalis saltē  
 interpretatiue seu ablatiue. Hinc etiā cōmu-  
 nitas sibi tenet tanq̄ de capitali: secus tñ  
 eēt si illa pecunia vsus fuisset infra termi-  
 num p̄cessionis. Hic queri potest: pone  
 casum: Petrus coactus tradidit cōmuni-  
 tati. c. coronas: receptur<sup>9</sup> annuatim ex sta-  
 tuto eiusdē cōmunitatis sex quousq̄ ip̄az  
 sortem recipiat. Interim veniat Iohānes  
 et emat a Petro ius illō p̄cipiēdo talē sū-  
 mā sub forma iam dicta. At r̄ talis cōtra-  
 ctus sit vsurarius: et videt q̄ non: quia nō  
 cōmittit vsura nisi inter vsurarie p̄trahen-  
 tes: sed inter Pet̄ et Iohannē videt esse  
 simplex p̄tractus emptiōis: nec etiā inter  
 Iohannē et cōmunitatē videt esse p̄tract<sup>9</sup>  
 mutui: quia mutuū non p̄fici nisi quādo  
 de meo fit tuum: hoc addito q̄ tandē meū  
 mibi reddat: sed hoc non fit inter Iohē  
 et ciuitatem: quia p̄tractus inter Iohānez  
 et Pet̄ fieri pōt de iure etiā ignorante cō-  
 munitate. Ad hoc dicendū est q̄ talis con-  
 tractus dupliciter considerari pōt que di-  
 stinctio habet etiā ex d̄ vsur<sup>9</sup>. c. p̄sultit: in  
 textu et glo. Primo mō considerari pōt ex  
 forma p̄tractus: et tunc iste cōtractus q̄ fit  
 inter Pet̄ et Iohannē tñ: non est vsura-  
 rius. Alio modo cōsideratur ex intentiōe  
 p̄trahentis: et tūc ille contractus vsurari-  
 us est vtrōbiq̄ sc̄z tam īter Iohē et Pet̄  
 et r̄ etiā inter Iohē et cōmunitatē: l̄  
 diuersimode: q̄ sic patere pōt. Nam p̄mo  
 cum mente p̄trahitur inter Pet̄ et Iohā-  
 nem: sc̄dario nō p̄trahit cū mēte inter Iohā-  
 nē et cōmunitatē: cuz igi<sup>9</sup> Iohēs h̄bit  
 cū Petro in mēte intēdit et p̄terea h̄bit:  
 vt ītret locū Pet̄: vt sc̄z fiat creditor cō-  
 munitatis ad h̄ vt recipiat ultra sortē: sed  
 talis intētiō ē vsuraria: nā p̄ncipalis eius  
 intētiō ē vt acq̄rat locū s̄m creditoris intē-  
 tiōnē sc̄z Pet̄ q̄ ad hoc q̄ emptor: id est  
 Iohēs sit creditor cōmunitatis loco vēdi-  
 toris: et ideo l̄ Iohēs nō p̄trahit vsurarie  
 cū Petro q̄tum ad formā p̄trahēdi: tñ cō-  
 mittit vsuram p̄pter maculatā intētiōem.

Nā quicquid agunt homines intētiō iudicat  
 oēs. Secundario s̄m mediante cōtractu fa-  
 cto cū primo p̄trahit secundus vsurarie cū  
 cōmunitate: nō q̄dem explicite s̄ implicite  
 cū intētiōe et affectu. Est etiā iter eos rea-  
 lis p̄tract<sup>9</sup> mutui l̄ indirecte sub velamēte  
 emptiōis: qz mediāte illo p̄tractu empti-  
 onis acq̄rit actor actiōez ex empto sup cō-  
 munitatē: vt insti. de emp. et v̄. h̄. p̄cium: q̄  
 cōmunitas obligat illi et fit debitor illi<sup>9</sup> si-  
 cut ante debitor erat p̄mi. Ratio vero cur  
 prim<sup>9</sup> debitor excusat ab vsura et nō secun-  
 dus est: qz prim<sup>9</sup> ad mutuandū coactus ē:  
 modo vt dictū est: q̄ non ē licitū in leger  
 necessitas licitū facit: sc̄dōs vero volūtari<sup>9</sup>  
 hoc facit cū spe et intētiōe recipiēdi ultra  
 sortē: vnde si sc̄dōs emptor s̄m a cōmuni-  
 tate cogere<sup>9</sup> sicut prim<sup>9</sup>: tūc esset excusat<sup>9</sup>  
 ab vsura si p̄ncipaliter ī eo nō eēt p̄sensus  
 ultra sortem aliqd recipiēdi rōne mutui:  
 sic enī in sc̄dō vt in p̄mo excusaret coactio  
 et recta intētiō q̄ necessario cōiungit cō-  
 actioni: qz si cogi placeret illicitū fieret eo  
 q̄ coactio in volūtariū trāsiret. Sc̄m  
 nō gen<sup>9</sup> hoīm mutuatur p̄ncipaliter ex cha-  
 ritate libere sua offerens cōmunitati sine  
 spe vel intētiōe aliqd ultra sortē recipiēdi  
 p̄ro quo sciendū: q̄ q̄daz veri reipublice  
 amatores inueniri pōt l̄ rari: q̄ videntes  
 iminentē necessitatē vel euidentē vtilitatē  
 cōmunitatis: ex charitate saltē p̄ncipaliter  
 spōte monēt sua mutuare cōmunitati: et ta-  
 les licite recipere pōt q̄ eis a cōmunitate  
 sponte offert: qz nō min<sup>9</sup> p̄miari mere<sup>9</sup> vo-  
 luntaria charitas: q̄ coacta necessitas: eo  
 q̄ nō minor ratio esse possit et dāni emergē-  
 tis et lucri cessantis in voluntaria charita-  
 te: q̄ in coacta necessitate: nisi crederet il-  
 las pecunias ī actib<sup>9</sup> illicit<sup>9</sup> expendēdas:  
 qz tūc particeps fieret oīm maloz inde se-  
 quentiū: nec licite tūc recipere posset aliquā  
 remunerationē. Sed qz de hac materia ta-  
 ctū est sup<sup>9</sup> ideo gr̄a breuitatis supsedeo.  
 Tertiu aut gen<sup>9</sup> hoīm cōmunitati mutu-  
 at ex cupiditate: ad recipiēdū aliqd ultra  
 sortē: et tales vsurarij sunt iudicādi: peio-  
 res vtiq̄: q̄ si dūtaxat p̄sone p̄uate fenera-  
 rent: qz magis peccare videt q̄ feneratur  
 cōmunitati cui pl<sup>9</sup> obligat: q̄ q̄ feneratur  
 singulari p̄sone: dicēte Augu. charitas cō-  
 munita p̄p̄is et nō p̄p̄ia cōmunib<sup>9</sup> antepo-  
 nit. Hic q̄ri pōt vtz sponte ponēs ad mu-  
 tuū pecuniā suā ip̄i cōmunitati vel etiā p̄-  
 sone singulari ex intētiōe cupiditatis: semp

de mutuante sponte